



Ad acta colloquii Montisbelgardenensis Tubingae edita, Theodori Bezae responsonis, pars prior.


<https://hdl.handle.net/1874/406422>

2

AD ACTA
COLLOQVII
MONTISBELGARDENSIS
T V BINGÆ EDITA,
THEODORI BEZÆ
Responzionis,Pars
Altera.

* * *

EDITIO PRIMA.



GENEVÆ,
Excudebat Joannes le Preux.
M. D. LXXXVIII.

AD ACTA
COLPOVI
MONTIS HABERENSIS
ETATU
THESOORI BEATA
LICENCIATISSIMA

FESTO TRAI

1520. 1521. 1522.

1520.
1521.
1522.

GENIA
EUM ET TERRAM
M. D. XXXVII.

IN R E S P O N S I O N E M³
ad Acta Colloquij Montisbelgardenſis
Tubingæ edita, Theodori
Bezae præfatio.

P A R S A L T E R A .

ONGAM narrationem D. Andreas hoc loco inseruit, nonnullis suo more ad suas respōsiones adiectis, & meis cōtrā non paucis detractis, minimē certè necessariam, quū nihilominus in Colloquij continuationem confenserimus. Sed voluit ille nimirum hanc quoque tum nostri suggillandi, (quasi causæ diffisi disputatiōnem subterfugerimus) tum suas grauissimas calumnias, quibus tunc nos affecit, publicè spargendi occasionem attripere: certum scilicet procuratæ ab ipso pacis Ecclesiārum argumentum. Res autem ita se habet. Quinque & amplius totis diebus in ista ineptissima disputandi ratione inutiliter consumptis, quum D. Andreas, non iam disputatoris, siue alterius partis, personā sustinens, sed ipsius Illustris. Principis nomine nos compellans, præter omnem expectationem petiisset, ut de Prædestinatione deinceps disputaretur: nos contrā dimissionem ab Illustris. Principe modestè postulauiimus. Primū, quòd in ijs literis quibus ipse nos euocarat, nullā aliam causam huius conuentus attulisset, quām infelicē illam de Cœna Domini cōtrouersiam: neque à nostris Ciuitatis aliā ob causā missi adueniſsemus. Deinde, quòd hæc grauissima quæſtio publicè in illo cœtu, allatis vtrinque contrariis sententiis, disceptari, absq; nonnullorum offendiculo non posse videretur, nec etiam breui tempore absolui: nos autem, instante iam Paschæ festo, à nostris Ecclesiis commode abesse non possemus. Adidimus tamen paratos esse nos, si liberet ipsius Celsitu-

A.ij.

dini, nostram hac etiam de re sententiam diuini verbi
testimoniis confirmatam, priuatim apud ipsum expor-
nere: & si quas nobis Theses D. Andreas proponeret,
domum eas referre, & commodum ad illas responsum
domi meditatè parare. Et sic quidem solutum est eius
diei colloquiū, quæ fuit Martii 25. Postridie verò, quum
rursum conuenissimus, oblatō supplice libello, partim
easdem recusatæ à nobis amplioris collocutionis causas
repetimus, partim postulauimus, ut quum in præcipuis
& essentialibus doctrinæ de Cœna Domini capitibus,
nempe de Signis & rebus significatis, tū aduersus Trans-
substantiatores, tum aduersus eos qui nuda signa consti-
tuunt inter nos conueniret: & de sola per fidem utili
corporis ac sanguinis Christi perceptione satis consta-
ret, omni acerbitate sublata, & abrogatis illis sectarum
appellationibus, mutuam fraternitatem, sic præparato
ad pleniores de præsentia modo & indignorum man-
ducatione concordiam aditu, sincerè deinceps testare-
mur. Iussis autem ad hæc nobis, itidemque auditoribus,
paululum secedere: manentibus autem apud Illustriss.
Principem, idque nouo prorsus exemplo, Vvirtember-
gicis, & vnā cum ipso deliberantibus, paulò post reuocati,
(perbreuis enim fuit deliberatio) D. Andream rur-
sus duplicem personam sustinentem audiuimus, multis
verbis suo more differentem, quorum hæc fuit summa.
Quod Illustrissimus Princeps nullam aliorum trium ca-
pitum mentionem in suis literis fecisset (duo enim D.
Andreas tum quoque primùm adiecit) idcirco accidisse,
quod nos in istis quoque dissidere non intellexisset: &
paratum quidē illum esse neque labori neque sumptui
ulli parcere, adferendo malis istis remedio. Quod si no-
bis non placeret de istis quoque tribus conferre, sibi ta-
men videri expedire ut Theses de his capitibus, à nobis,
(inquietabat D. Andreas) conscriptæ audiētibus omnibus
recitentur, domum à nobis postea, sicuti petieramus re-
ferendæ, ad quas prout & quando visum esset responde-
remus. Et hæc quidem ille Principis Illustriss. nomine,
qui-

P R A E A T I O .

5

quibus ipse postea de suo quicquid voluit adiecit, veritus, ut res ipsa ostendit, ne si δέσποινται suarū publicæ recitationi nō assentiremur, præclarā, ut sibi videbatur, nostri in istis quoque capitibus in omnium odium adducendi occasionem amitteret. Quām autem partim absurdā, partim manifestē alīd detorta sint quæ tum in nos, non minus acerbē quām impudēter, dixit, velim Lectorem ex edito ipsius scripto cognoscere: quæ tamen paucis comprehensa, visum est nunc additis ad singula refutationibus subiicere.

Doctrinam de Predestinatione non utilem modō, verūm etiam necessariam esse, ac proinde requiri ut auditores in concionibus rectē de hac quoque instituantur. Quis verò istud ignorat? Et ostendat, si potest D. Andreas, hanc Christianæ doctrinæ partem, aut à nostris siue scribendo, siue concionando prætermissam, aut à suis rectiūs & accuratiūs quām à nostris pertractatam.

Nisi haec doctrina rectē & ad fidei analogiam explicetur, fenestrā ad Epicureorū vitam aperiri. Ita est omnino. Num verò secundum analogiam fidei docent qui manifestē, vel cum Pelagianis prævisionem fidei & bonorum operum, constituunt æterni electionis decreti causam τεραπόνη, vel seipso in altero diuini decreti membro explicando, necessariò refellunt, nihil illa Pauli tonantis verba veriti, Antequam boni vel mali quicquam fecissent? Quos ego ad D. Lutheri scholā amando. Et num Epicureorum vitam suadent, qui immutabile quidem Dei decretū esse contendūt, quod in Deū nulla cadat mutatio: sed interea docent, nunquam separanda quæ Deus indissolubili vinculo coniunxit: id est ab ipsius æterno, & infallibili, siue electionis siue reprobationis suo tempore execundæ decreto, nunquā esse sciungendas medias ipsius executionis decreti causas: salutis videlicet in electis, fidem Iesum Christum amplectentem, & eiusdem Spiritum in electis agentem: damnationis verò in reprobatis, corruptionem & putres ac mortiferos ipsius fructus?

Tertio, illa male explicata doctrina desperationis occasionem,

A.ij.

afflictis & à Satana tentatis conscientiis proberi. Consentio. Sed utri saucias conscientias, tum eorum qui vel nunquam adhuc fuerunt, ne exteriùs quidem, vocati per verbi prædicationem, vel oblatam Euangelij salutem nulla dum fide apprehenderunt: tum eorum quorum fides aut per negligentiam aut grauissimum aliquem lapsum est consopita, certis & commodis remedii adhibitis sanant? An qui diuinis illas firmissimas consolaciones illis admouent, putà vndeclima etiam hora vocari & fide donari nonnullos: externam quoque vocationē, nisi per nos steterit, esse diuinæ voluntatis de nobis seruandis pignus: pulsandas esse Dei misericordis fores, etiam si repetitis primis pulsibus non pateant: baptisimi effectum, et si interdum baptisatorū culpa, ad extremum halitū differatur, tamen resipiscientibus euandum fieri non posse: non simpliciter peccato, sed incredulitate perire, quibus Dei misericordia per Euangelij ministerium, singulari Dei voluntate præbeat: veram denique fidem electis irrevocabiliter donari, ac proinde, quanuis interdum penitus abolita videatur, tamen amissam non esse, sed oportere precibus & tum seria detestatione peccati tum veracis Dei promissionibus incumbendo αὐτῶν πειθασθαι. Annon verò potius iij turbatis conscientiis pessimè caueant, qui lapsos peccatores ad prima fidei & spei principia reuocantes, & quod docti theologi de Spiritus sancti energiæ & sese exerentis efficaciæ intermissione temporaria scriperunt, ad ipsius totius gratiæ amissionē trahentes, postquam iuferunt conscientias ad verbi Dei veritatem, & Fidei πληροφορίας recurrere, perseverantię promissionē à fidei dono, perinde ac si αἱ τιμές λατού ᾧ esset separata, vnde & ipsius electionis incertitudo, & fidei fundamenti vacillatio necessariò consequitur; id ipsum quò lapsos erigere, & stantes inniti volunt, mox ipsimet euertunt?

Doctrinam de prædestinatione non ita esse ad scholas ablegandam, ut non opus sit eam rudi & imperito populo proponere. Nos verò neque ab auditoriorum pulpitis, neque à templorum

plorum cathedris vel illud, vel aliud ullum religionis nostræ caput excludimus, sed aliam esse docēdi & in vtrâque partem disputandi, quâm doctrinæ publicis concionibus proponendæ, & auditorum usibus applicandæ, siue (vt loquitur Paulus) recte secundâ rationem quis neget? Nâ sic quoq; in domo Dei distincta sunt Pastorum & Doctorum munera. Deinde quis sapiens hac in re non malit Apostoli consilium & exemplum, de lacte ante solidum cibum adhuc in Christo infantibus præbendo, potius quâm tam confidentem hunc Doctorem sequi, sufficere sibi unius horæ spatiū ad explicanda tam arduæ ac multiplicis questionis mysteria existimantem?

Nemo prudens, inquit Christus, vinn nouu mittit in vires veteres, quartò, minus sapit qui de præstâsimo vino prius in utres fecibus adhuc & vappa oblitos immittendo, quâm de repurgâdis illis & apparâdis cogitet? Sed & illud demiror, venire in mentem potuisse D. Andreæ, vt rudibus etiâ ac imperitis, doctrinâ tam arduâ & humanæ rationi repugnantem, proponendam existimet, qui tantam infirmorum, quos vocat, habendam rationem, post Euangeliū, septuaginta iam annis & amplius in Germania instauratum putat, vt ne nunc quidem imagines, quæ vera sunt manifestæ idololatriæ somneta, è templis facilè tollendas censeat. Saltem verò D. Lutherum audiret hac de te in præfatione ad epist. ad Rom. sic differenter, Necesse est, inquit, veterem Adamum prius esse mortificatum, sensum carnis detritum, lactantes in Christo primùm adolescere antequâm meracum hoc bibant. Nam & hic est sua quadam pueritia, cui lacte interim opus est dum solido cibo assuescat.

5. Nos, quos aduersam partem D. Andreas appellat, de Prædestinatione docemus, Deum aeterno, occulto & immutabili decreto, maximam partem hominum nolle seruari, & ad agnitio- nem veritatis peruenire. Quid si verò decreuisset Deus nullos profsus seruare, sed, perinde ut malos quotquot excederunt spiritus, aeternis semel pœnis omnes nascituros homines addicere? Num illum D. Andreas cuiquam iniuriam facturum fuisse dixerit, quin sua ipsius illum

conscientia redarguat! Humanū tertē generi non est a-
 liquo necessariō vinculo magis adstrictus, quām tot ani-
 mantibus, quorum laniena viuere concessit hominibus:
 nec propterea crudelis ille in bestias, sed in nos benefi-
 cus cum gratiarum actione prædicandus est, vt ab Apo-
 stolo monemur. Quod sigitur aliquos ex humano gene-
 re penitus, sua ipsorum vnius culpa perditos Deus ex-
 cipere ab æterno decreuit, gratuitæ saluti in Christo de-
 stinatos, insignis est gratiæ: quod cæteros in suis peccatis
 relictos iustis pœnis afficere ab æterno constituit, iusto
 iudici conuenit. Decretum autem hoc diuinum negari
 non potest, quin electionis quoque decretum, id est fi-
 dici & salutis nostræ futidamentum aboleatur, quum eli-
 gere dici quisquam non possit qui omnes assumit: sed is
 demum qui vnos accipere, alteros reiicere decreuit:
 quorum neutrum dari sine altero potest. Et rursus hoc
 decretum, quia Diuinum est, necessariō quoque æter-
 num est, & quidem immutabile, nisi Deum, vel in tem-
 pore aliquod consilium cepisse, vel in incertum quæ de-
 cernit decernere, vel mutabilem esse cum insigni blas-
 phemia censemus. Vanum est enim, quod de præscien-
 tia perinde docent, ac si ea vel decretum illud sumum
 ordine antegredetur, vel ab eo separaretur: quum è
 contrario, si ordinē rerum existentię sp̄ctes, necesse sit
 prius decretum esse aliquid futurum quām illud futurū
 Deus præsciat: quod nisi concedatur, incidemus in al-
 teram aut utramque hanc blasphemiam qua dicuntur
 res vel à seipsis vel fortuito existere. Quod autem hinc
 nonnulli existimant effici, Deum igitur esse malorum
 auctorem, pessimè colligitur, vt suo loco declarabitur.
 Occultum illud verò, duabus de causis vocamus: una,
 quod humani non sit iudicij, ad quas singulares per-
 sonas horrendum illud decretum pertineat definitè &
 sine exceptione statuere, sed iubeat potius Christiana
 charitas de maximis etiam peccatoribus bene sperare,
 & pro illis preces apud Deum concipere, quum alioqui
 quicunque extra Christum moriuntur, esse iræ vala-
 vniuer-

vniuersaliter sit constituendum. Altera causa est, quod executionis quidem huius decreti, id est cum salutis electorum, tum exitij reproborum causa nobis patefactae sunt, illorum videlicet salutis, Christus per fidem apprehensus electos gratis iustificans: istorum vero reatus & corruptionis a primo parente in omne humānum genus deriuata propagatio, cui sunt ipsi quoque in utero matrum infantes obnoxij: ac deinceps putres eius corruptionis fructus. At cur hos quidem in Christo eligere & seruare, alios vero extra Christum relinquere, & tandem iuste damnare decreuerit, & quidem corporiis hos, quam illos: causa nobis est inscrutabilis, sola videlicet ipsius voluntas: nobis quidem in permultis rebus occulta, ut inquit August. semper autem iusta. Grauiter igitur in hoc mysterio hallucinantur, qui decretum hoc aeternū ab ipsius exequitione, quæ in tempore fit, non distinguentes, in eligendis quidem præuisam fidem & bona opera, in relinquendis vero, incredulitatem & peccata praescita ut causam decreto ~~ponit & querit~~ falsò statuunt. Illi vero grauius & magis ridiculè peccant, qui prius quidem illud recte tollunt aduersus Pelagianos, istud vero posterius amplectuntur, præpostere veriti ne si aliter statuant, Deo tribuatur damnationis reproborum causa: quum tamen eadem sit necessaria ratio contrariorum ratio communis, & Paulus, sicuti de Iacoboloquens dilectum illum fuisse dicit, id est dilectioni suo tempore secuturæ destinatum, nondum nato ipso & antequam boni quicquam fecisset: sic etiam de Esau exoso, id est ad odium & exitium destinato, itidem dicat, exosum illum fuisse antequam natus esset, & quam mali fecisset. Ergo, inquit D. Andreas, non vult Deus omnes ad agnitionem veritatis venire, quod tamen affirmat Apostolus. Imo vero vult, si ex Apostoli mente, OMNES, non singulos generum, sed genera singulorum cum doctis & peritis omnibus interpretibus, & ut ipsa illius loci sententia flagitat, intelligas. Alioqui doceat nos D. Andreas, possint ne aliqui, vel nolente & inuito Deo ad

hanc veritatis viam peruenire: vel volente Deo vt cō
 perueniant,eō tamen non peruenire: quorum duorum
 prius scio quidem illum negaturum:sed vtrumuis dixe-
 rit, peræquè Deus non esse Deus , id est impotens esse
 censembitur:quia vel sic nolet quod tamen fiet, vel volet
 quod tamen non fiet.Nec causa est cur hīc quispiam ex-
 cipiat,necessariō quidē fieri , quæ Deus sine conditione
 vult fieri,itidēmque non fieri quæ sine exceptione no-
 lit fieri:eorū verò quæ sub conditione vult vel non vult
 Deus,exitum à conditionis impletione penderet, cuius
 generis sit istud de quo nunc queritur. Deum enim vel-
 le o M N E S ad agnitionem veritatis venire,sed sub con-
 ditione, *Si crediderint.* Istud autem et si quandam habet
 veri speciem , tamen absurdissimè dicitur. Primum e-
 nim non sine blasphemia suspenditur ab hominum vo-
 luntate.vel aliis vllis intermediis causis consilij diuini
 firmitas, quum è contrario ad primæ causæ determina-
 tionem omnes intermediæ , contingentes quidem sua
 sponre, necessariæ verò necessariò conspirent. Deinde
 quinam conditio hæc,*Si crediderint* ab illis exigetur qui
 potestatem illius implendæ non habuerint? Aut igitur
 vana est omnis illa exceptio , aut liberum credendi
 vel non credendi arbitrium , id est in vtramuis partem
 flexibile, omnibus tribuetur, idque vel ex natura , quod
 merè Pelagianum est , vel ex gratia, quod esse fallissimū
 res ipsa conuincit,& præterea sic demonstratur. Veritas
 certè de qua nunc à nobis queritur , non illa est cuius
 vestigia in hominum mente supersunt, & quam ait illos
 Apostolus in iniustitia detinere: sed illa saluifica veritas
 nobis in Euangeliō patefacta,quam caro & sanguis non
 nouit, siue de qua homo Φυχικός ne cogitare quidem po-
 test. Quod quum ita sit, si vult o M N E S Deus,id est sine
 exceptione singulos homines vniuersaliter ad salu-
 tem peruenire, vt isti locum Apostoli , & similes alios
 interpretantur, consequitur necessariò hanc verita-
 tem efficaciter , & cum facultate credendi coniun-
 ctam , vel extraordinario afflatu, vel verbi prædicati-
 mini-

ministerio singulorum mentibus insinuari, quorū neutrū arbitror ab ullo sanx̄e mentis affirmari posse. Saltē enim ex eorum numero excipiendi fuerint tot infantium, extra Ecclesiam, vel in ipso partu vel ante rationis vsum intereuntium, myriades. Nec aliud fuerit de longè maxima populorum multitudine statuendum, quos prius interiisse, & quotidie interire constat, quām vel ipsum Christi & Euangelij nomen audierint. Relinquitur ergo particulam illam *Omnēs*, minimē de singulis hominibus intelligendam, sed ita significari, ex quibus uis nulla nec ætatis, nec sexus, nec conditionis, nec gentis habita ratione, Catholicam quam vocamus Ecclesiam diuinitus eligi & colligi. Quemcūque igitur Deus ab æterno decreuit veritatis suæ cognitione non dignari, (nulli profecto facturus iniuriam, etiam si singulos in vniuersum perderet, quum omnes in peccatis concipiatur & nascamur,) is nunquam ad veritatem perueniet, nec volet etiam peruenire, siue exteriūs vocetur, siue non vocetur. Contrà verò quemcunque Deus seruare per veritatem suam ab æterno constituit, is vel ab ipso vtero, vtpote in Ecclesia natus & in fœdere comprehēsus, Christo datus, seruabitur, vel suo tempore à Patre ad Christum trahetur, id est, vt illud Christi dictum August. recte & scitè interpretatur, Ex nolente fiet volens. Et tamē hanc doctrinā, licet tum *κοινωνίας ἐργούσις* de Deo, tum scripturæ testimoniis penè infinitis, rationibus denique inuidit confirmatam, damnare se testatur D. Andreas tanquam erroneam, falsam, que perturbatis consciētiis omnem consolationem adimat, & vsum totius Ministerij verbi & sacramentorum prorsustollat. Sed benè est quod hæc non sunt Dei Omnipotentis fulmina, cui vt & clementissimo electorum suorum in Christo seruatori, & vt iustissimo peccatorū in reprobis extra Christum vltori, summa laus & gloria sempiterna tribuatur: sed sunt D. Andreæ fuliginosa fulgetra, cui ab eodem Deo Opt. Max. plus scientiæ & minùs confidentiæ precor.

*Nos negare Baptismum esse latae crux Regenerationis, sed eius
B.ij.*

duntaxat sigillum & obſignationem, quibus ad marginem apposita eſt noua obſeruatio. *Summa doctrinae Theodori Bezae de Baptismo.* Immò verò inter tot alias D. Andreas falſiſſimas calumnias hęc eſt non infima. Baptiſnum enim eſſe lauacrum Regenerationis, quod expressis verbis teſtatur Apostolus, ecquis vñquam Christianus eſt inficiatus? Sed vt iſti videtur ſacram Donini Cœnam abolere, & panem eſſe corpus Domini pro nobis traditum inficiari, qui corpus In, Sub vel Cum pane, imò vbiq[ue] ſua eſſentia adere & à quibusuis ore ipſo manducari negat: ita cenſet Baptiſnum ab eo non haberi lauacrum regenerationis, qui aquæ Baptiſmi, & externæ quoque ablutioni aliquatenus ſaltem non tribuat, manifesta cum iſania, quod ne Angelis quidem ſine impietate concederetur, nempe vnius Sancti Spiritus opus, vt ſuo loco fauente Deo pleniū declarabitur.

Noꝝ omnes infantes regenerari qui baptiſantur, ſed infinitos pueros baptiſatos in aternū, occulto Dei decreto damnari. Salte verò D. Andreas, adultos Catechumenos hypocritas exciperet. Quod ſi fateri cogitur, cedò ex quo tandem Scripturæ loco, vel quo fretus argumento conditionem infantium quām adultorum dixerit eſſe potiorem? Et cur mihi existimare liceat inutiliter aliquos baptiſari quām ab aliquibus ſacram Domini Cœnam ad exitium ſumis? Quod ſi excipiat D. Andreas, quod ipſe inter diſputandum contendit, Omnes videlicet infantes in Ecclesia ad Baptiſnum oblatos, vera fide eſſe præditos, quod regenerationi fidem præſupponat quā Christum amplectatur, rurſus vnde iſtud colliget de baptiſatis pueros omnibus, quod de adultis omnibus affirmare non auſit? Sed vrellud ipſi nunc quidem largiamur, quid iis fiet qui ſecularata ſua vita ſe non eſſe regeneratos apertè poſtea demonſtrant, quales certè nimium multos eſſe conſtat nomine Christianos, re nihil minus, vt & olim multò plures Iudeos fuſſe carne quidē circūcisos, re ipſa verò Christi hostes? Respondebit nimirum D. Andreas illos à fide & Regeneratione poſtea excidiſſe. Quod ſi verum eſt

e st, ergo nec certa est nostra electio, nec fidei πληροφορια, quibus sublatis, vbi spes, vbi consolatio Christianorum? Sed de istis suo loco pleniū. Ut autem de istius calumnia penitus liqueat, nos ita de baptisatis, siue pueris siue adultis, nec sentire, nec loqui didicimus. Immò doceamus ritè baptisatis integrum semper baptismū, siue credant, siue non credant diuinitus præberi, & quamuis non necessariò (non enim, inquit Apostolus, quia sunt omnes sc̄men Abrahæ, ideo sunt omnes filij, sed iij demum in seminē censemur, qui sunt promissionis filij) probabiliter tamen, & ratione minimè vana, relictis penitē Deū arcanis ipsius consiliis, præsumi Dei & promissionis filios qui in Ecclesia nascuntur, & proinde sœderis adoptionem in iis obsignari, quod certius postea in adultis ex Sp. sancti effectis perspicitur. Ista si D. Andreæ nō satisfaciunt, an propterea prophani sumus, & baptismum esse lauacrum regenerationis Beza inficiatur, ac non ipse potius in calumnia manifestissima deprehendit?

8. *De Imaginum quoque, inquiebat D. Andreas, demolitione inter nos controuertitur, an prius ex oculis, quam ex animo remouendae sint Imagines, quæ Idololatriæ occasionem præbere videantur. Abolēdas enim esse Imagines, quæ apertè ad Idololatriam protestant, nulla controuersia est.* Egregia scilicet controuersia & veterano Theologix Doctori conueniens, An Idololatriæ sint inter infirmos habendi: an illis medeatur qui huius Idololatriæ fomenta retinenda censet: an secundum prioris tabulæ præceptum ad Iudæos tantum pertinuerit, quod D. Lutherus & D. Brentius male affirmant, D. aut Andreas rectè negat. Item an Deus hoc secundo præcepto non tantum adorari, sed etiam ullius Religionis causa fieri Imagines superuacaneè prohibuerit: ac proinde Imagines tantum adorari pro Diis vetuerit, sese verò in ullis Imaginibus coli minimè interdixerit: & rectè fecerint an securi, qui quatuor plus minus ab Apostolorum prædicatione seculis, primum picturas, ac tandem etiam statuas in religiosa loca, quamuis de Ido-

Iolatria mox secura nihil cogitantes , introduxerunt.
 Quòd si tollendæ statim non sunt Imagines à Christia-
 no Magistratu , sicut D. Andreas affirmat : quærerit Beza
 quod spatium isti infirmitati præfigi velit : & annon se-
 xaginta anni & amplius Imaginibus ex animis Idolola-
 trarum tollendis sufficere debuerint. Quærerit præterea,
 vnde potius quàm ex manifestis ad geniculationibus &
 eiusmodi gestibus iudicari possit, quibus statuis homines
 ad cultum abutantur: ac proinde quas Imagines iam-
 pridem in plurimis Germanicis Ecclesiis aboleri oport-
 uerit. Quærerit denique Beza, Si ex animo loquitur D.
 Andreas, cur non Cruces & Crucifixorum Idola sustu-
 lerit, immò cur alicubi sublata vel curauerit ipse, vel sit
 passus restitui, quum nulla idola magis propensos ad I-
 dolatriam homines reddant.

*Controuertitur etiam, An in iis templis vera Euangely prædi-
 catio & Sacramentorum usus celebrari possit, in quibus Pontificij
 suam Idololatriam exercuerunt, an vero potius sint euertenda: quo
 nomine magnum odium sustinetis, quod superioribus annis tot
 templo in Gallia & Belgio funditus sint euersa. Merè caluniae
 nec aliam ob causam, eo tempore & loco à D. Andrea
 commemoratæ, quàm vt nobis suggillardis animum
 expleret. Nec enim verisimile est tam insigniter menda-
 cem quenquam esse potuisse, vt confinxerit Gallos un-
 quam dubitasse de vero Dei cultu in ipsis templis Pa-
 pistarum instaurando, quum in primis semper apud Re-
 giam Maiestatem vrserint, vt aliqua sibi templo conce-
 derentur: & ubi superiores nostri fuerunt, Pontificij ni-
 hil ferè magis quàm sua sibi templo restitui postularint,
 Neque vero de Belgis aliter censere possum. In tota ve-
 rò Heluetia ignorare non potest D. Andreas non alibi
 quàm in illis Templis Verbum Dei doceri & Sacra-
 menta administrari. De Templorum autem euersione
 violenta, cuius nos libenter D. Andreas, contra suam
 conscientiam, auctores vel suasores fecerit, suo loco re-
 pondrebo.*

*Et hæc tum ille, quibus à me, ne ignem foderem, dissi-
 mulatis,*

mulatis, petita rursū dimissione, respōdi bona cum Principi pace, nobis æquam non videri publicā dīcōw D. Andreae recitationem, ne auditorum animos aliqua subiret suspicio nos illorum dogmatum esse conscius, quæ nobis iam obiecisset, & quæ proculdubio in suis illis Thesibus esset repetitutus. Ad hæc autem ille, pati rursum pudore, Principis Illustriss. personam sustinēs, multa præfatus de Celfitud. ipsius pietate & zelo, de quibus nemo sanè nostrū fuit qui dubitaret, quæ probra in nos non coniecit? Etenim, si verbis ipsius creditur, ipse quidem in assertione doctrinæ suæ, perspicuum, apertum & manifestum Dei verbum protulerit, nos autem nihil præter humanae rationis argumenta, & humanas glossas. Hoc infaustum & perniciosum certamen de Cœna Domini, & de Christi persona, non aliunde quam à nobis ortū fuerit. Ipsi simplicem sensum verborum Testamenti Christi semper retinuerunt & adhuc retinent: nos autem Christi Testamentum corrumpimus, & planissima eius verba in alienum sensum detorquemus. Denique quid non? Et mox ludibriū etiam ad hanc contumeliam adiicere nihil veritus, studebimus autem, inquit, paci & tranquillitati publicæ: Gallicarum Ecclesiæ miseria serio & vehementer afficimur. Pro illis sedulò precamur, & precabimur quoad vixerimus, nec unquam ex parte nostra nos illis defuturos pollicemur. Et quis hic tibi, vel tuæ factionis vlli credat, D. Andrea? Annon enim is es qui paulò ante hoc ipsum Colloquium, virulentissimum illud scriptum edidisti, in quo D. Brentij testamentum securus, aduersum Gallos Euangelium amplexos, non tantùm vt pernitosissimos hæreticos, sed etiam vt seditiones & suis Magistratibus rebelles, classicum cecinisti? & qui nos in hoc ipso Colloquio ausus es Mahumetanos appellare? An non iij estis ex quorum ore nihil quotidie auditur præter ZV ynglianorū & Calvinistarum nomina? quibus summa Christianæ Religionis est, nos vt Testamenti Christi corruptores, vt in ipsam Christi personā blasphemos, vt Deū constituētes & scelerum, & malorū damnationis auctōrē, omnium hominum odiis obiicere? quibus solenne est, tot sanctissimos

Martyres, qui vobis securè in hypocaustis vestris quiescentibus, Euangelij veritatem suo sanguine obsignarunt, Diaboli Martyres appellare? Et unde, quæsto, tam repentina hæc mutatio? Sed benè est, & Deo Opt. Max. gratias agimus, quod apud religiosissimos plerisque Germaniæ Principes (inter quos Illustriss. principem Mompelgardensem legatione pro nobis Lutetiam usque obita celebrem, absit ut non numeremus) & veritas & pietas & æquitas plus ponderis quam Tribunitij omnes vestri clamores habuerunt: quibus tamen, ut spero, & artes vestræ patebunt, & tum causæ nostræ bonitas, tum etiam innocentia, manifestæ fient. Ut autem ad rem redeam, quum sic nobis amicè & humaniter valdixisset D. Andreas, & ita discessissemus ut abitum in posterum diem pararemus: postridie tamen quum intellexissemus D. Andream & Osiandrum, quasi nobis subterfugientibus, victores triumphum canere, & Illustriss. ipsum Principem, sic abruptam hanc collocutionem iniurissimè ferre, nec discedendum nobis cum mala ipsius gratia putaremus: veriti denique ne Gallis exilibus, qui magno tum numero Mompelgardum ab Illustris. Principe humanissimè excepti refugerant, frauduissest huiusmodi discessus: quāuis quod euasura essent reliqua satis prospiceremus, manè nihilominus, mutata sententia, Illustriss. Principe salutato, in reliquam sequentem collationem consensimus: ea tantum conditione addita, ne propter proximum Paschæ festum ista disceptatio longius protraheretur: & ita demum ad audiendas D. Andreæ declamationes rursum processimus.

THESES THEOLOGORVM VVIR-

TEMBERGENSIUM, DE TEMPLIS PAPI-
sticis, de Imaginibus, Organis Musicis in
templo, & eorum reformatio[n]e.

EXTRA CONTROVERSIAM SVNT POSITA.

I.



EMPLA diuino cultui destinata, ut in illis verbum
Dominii doceatur, & audiatur, Sacra[m]enta distribuantur
& percipiantur, cum Idololatria contaminata fuerint, iux-
ta verbum Domini purganda esse.

RESPONSIO AD THESES

de Imaginibus

Ad I.

Annotationes marginales
D. Iac. Andreæ quibus ad
Thes. D. Bezae, post ab-
solutum colloquium exhibi-
tias, breviter respondeatur.

ASSENTIMVR.

aut saltē zelus non secundum scientiam fuit, quod passim in Gallia & Belgia
quam plurima Tempora amplissima diruerunt, & funditus cuerterunt.

Th. Beza Responsio ad Annotat. marginalem D. Andreæ.

IMMO furiosos non esse indefinite & statim iudicando[rum], qui-
cunque ita se se in confringendis auctoritate priuata imaginibus
gesserunt, liquet ex eo in primis, quod à furore proficiere non po-
test serius idolatriæ detestandæ zelus, quo ductos fuisse non
paucos, & tota anteacta vita, & sincera nominis diuinæ in mediis
flaminis confessio demonstrauit. Deinde constat non paucis in
Belgio locis Magistratum mandata istis euersionibus præiuisse. In
Galliis autem agnosco, non tātū imprudentia, sed etiam non re-
sto impetu, atque adeò variis aliis modis fuisse in his rebus pecca-
tum, vt in bellis euenire solet. Sed omnes qui modum quem opor-
tuit non tenerent furiosos, sanguinarios, homicidas, Lutheranas
hyperbolas sequutus, nolim quidē ego appellare, quia certò scio sic
fore vt multis verè piis iniuria fieret, qui non peruerso, sed impru-
dēti zelo deliquerunt. Veteres certè Episcopi, quū talis quidā zelus
Dei, sub Constantino, Christianos cōvīsq; aduersus Paganorū idola
abriperet, eos qui fortè in euersione idolorū essēt à Paganis occisi,
neq; vt furiosos, neq; vt alicuius sceleris reos damnarūt, sed dun-
taxat inter martyres numerandos non esse statuerunt. Can. Elibe-

C.j.

rinā Synodi 60. Templorum autem ipsorum euersio, et si minus excusari potest, nec mihi sanè probatur: tamen, ut probè noui, & ut ciuitates ipsæ postea testata sunt, nec impetu, nec temere plerisque locis accidit, sed quod ita in tristissimo illo bello, ad quod nostri aduersus publicas pacis violatores tutanda sua salutis causa sunt adacti, ipse templorum illorum situs, istud necessariò postularet. Quod si tibi, D. Andrea, curiosi sunt semel omnes isti quorum zelus, fervere bello, hactenus non fuit secundum scientiam, quod temporis & ordinis quam oportuit rationem non habuerint: quo tandem nomine illos appellabis, qui non fervere bello, sed rebus pacatis, Illustrissimo beatæ memorie Principi & Duci Virebergensi Ulricho, huius nunc Ducis anno, persuaderunt, ut Monachorum Tubingensem templum in equile converteret? Quod præsens spectavi, nunquam autem à vobis reprehensum audiui.

Thes. II. Vireberg.

Imagines, sive pictas, sive sculptas, qmibus historie, & res sacrae representantur, adiaphorae esse.

Antib. II. Th. Beza.

- Picturam & sculpturam agnoscimus in rebus ciuilibus magnum usum habere: qua de re hic non agitur. V. sum autem historiis sacræ representantur, et si per se est à diaþopos: magis tamen nocere, quam prodesse, si in sacra loca inferantur, propter humani ingenii ad Idololatricum cultum propensionem, ipsa experientia ostendit. Nec temere sub veteri fœdere, & amplius quam trecentis annis post Christum, hic mos non fuit, ut ista alibi quam in sancto Dei verbo scripta, vel sculpta, vel picta extarent. Inde cum Paulinus⁺ Nolanus Episcopus istum morem pingendorum parietum simplici zelo inuixisset: videmus, quod res evaserit, ut hoc fuerit merito ab Elibertino Concilio expressè prohibitum. Et extat Epiphanij Epistola ab Hieronymo è Grece in Latinū translata, ex qua ut de his non cogitarēt, appareat, intollerabile fuisse ill o seculo in æde sacra Mos ergo fair, non præextare Christi vel sancti ullius imaginem.
1. Fallacia accidentis est Id enim non fit vitio picturarum aut sculpturarum, sed negligenti Episcopū & Ministrorum Ecclesiae, quorum fideli opera hac omnia facile caueri possunt.
2. Vbi non est lex, ibi nulla transgressio. Picturae & sculpturae non alter prohibite sunt, quam si ad cultum profstant, Exod. 20.
3. Nullo precepto ditti non prohibiti fuerunt hoc facere: sed ijs temporibus omnia persecutoribus perturbata erant, ut de his non cogitarēt.
4. Nolanus, impietatis arguendus non est, sed accusanda negligentia pastorum & Episcoporum in docendo: qui haec omnia facile cagere potuerint, quæ secura sunt mala.
5. De Elibertino Concilio, & Epiphanij Epistola, infra in Colloquio videantur acta.

Th.

Tb. Bezae Resp. ad marginales observationes D. Andreae.

Ad.

Distinxii usum imaginum in ciuilibus & aliis licitis huius vitę negotiis, siue ad honestā oblectationē, siue ad res alias multas, interdum non tantum commodas, verū etiam necessarias comparatum, ab ysu suapte natura religioso, quem peregrinum esse dixi: &, si picturæ in sacra loca inferantur, cum maximo, &c, vt ipsa stultorum magistra experientia tot seculis docuit, superstitionis, ac tandem etiam manifestæ idololatriæ periculo coniunctum. Respondeat D. Andreas, fallaciam esse accidentis, quoniam istud non fiat picturarum vitio, sed ministrorum Ecclesiæ negligentia, quorum opera facile id possit caueri. Quasi verò picturæ ipse, quantumvis suapte natura mutæ, quodammodo tamen sua illa externa forma non loquuntur: immò verò s̄apē magis quam res ipsæ viuæ mentem spectantiū non permoueant. Itaq; si obscenæ sunt, obscenitatis & omnis turpitudinis, si falsæ, falsitatis magistræ sunt. Primum igitur istas excipi à D. Andrea decuit, nec statim furore percitos existimare quicq; tales quāplurimas in Christianorū templis non tantum prostare, sed etiam omni & interno & externo cultu adorari, impatientiū quam ipse faceret tulerunt: cessante ab officio Magistratu, & falsis Baaliticis sacerdotibus hoc scelus non modo non reprehendentibus, sed etiam sedulè adiuuantibus. Sed quid si res veras & sanctas nobis istæ picturæ sancte quoque representent? Absit vero à nobis vt istas per se reprehēdamus. Sed quū hic præcipue, vt ipsa experientia docuit, in cautis conscientiis infidetur Satan: & in hoc maximè imaginum genere sit peccatum, dixi & dico, nullis imaginibus minus quam istis oportuisse sacrorum locorum, id est ad publicum Dei cultum designatorum aditum patere: quemadmodum etiam apparet ex historia Ecclesiastica, Spiritum illum erroris non potuisse statim istud obtinere, sed picturas eiusmodi primum penè nullas inter Christianos fuisse, nec foris, nec in templis conspectas: deinde quum in parietibus depingi martyrum historiæ cœpissent, tandem à picturis ad ipsas statuas esse pernatum: quo facto omnes simul superstitioni & idololatrię fores patuerūt, quas nūc quoq; iuber cum suis D. Andreas non nisi prudenter, cautè, circumspectè, haud alter dimitti quam Homerum non penitus dissimilem ob causam Plato ex sua Rep. non extrudit, sed reuerenter amandat vnguentis delibutum. Sed hæc inquit, D. Andreas Ministrorum Ecclesiæ diligētia caueri facile potuerat. Scilicet. Det igitur vbiq; D. Andreas magis fidos & diligentes pastores, quam summos illos prophetas: & cordatiōres, ne dicam minus timidos quam si ipse: det etiam magis obedientes greges suis illis Saxonici & Vvrtembergicis

C.ij.

quorū nunc adhuc infirmitatis post annū septagesimū à restituta Euāgeliū luce, tantā habendam rationē putat, vt, nisi saluis manentibus imaginib⁹, locum non fore audiendo puro Euāgeliū claret. Ridiculē id quidem. Quānam enim imaginū euerſione offendetur, qui nunquam in templis illas aspexissent, si nondum natis istis fuissent sublatæ? Immō, quum tam exiguis sit istarū pītūrārum in sacris locis vīsus, & vt miserabilis euentus docuit, tam proclius & sanē ineuitabilis illarum abusus: quantō satius fuerit, & est, eliminatis semel illis, & penitus extrusis, & pastores ab hac cura & solicitudine liberare, & greges ipsos tanto pericilio eximerē?

Ergo, si D. Andreæ credimus, Ecclesia illa, vt prima, sic purissima, siue doctrinam ipsam diuini cultus, siue externam ipsam cultus formam speitemus, non idcirco in sacris locis, per trecentos & amplius annos, omni imaginū specie qua possunt ad idololatriam abduci, caruit, quasi Dei præcepto simpliciter veritis, sed more quodam, quod persecutionis temporibus sic essent omnia perturbata, vt de istis rebus cogitare ipsis non vacaret. Ista vero ex Pontificiorū libris à D. Andrea descripta, quis Christianus æquo animo ferat? Apostolos scilicet Spiritu Dei plenissimos homines, quotrum fundamento superstructa est & interna & externa Dei dominus, id est à quibus omnis de interno & externo Dei cultu doctrina plenissimè fuit tradita, qui & de rebus etiam adiaphoris, certissimas regulas tradiderunt, ita terruerunt vel obstupescerunt persecutiones, vt de recto in Christianorum cætibus imaginū vīsu, (siquis in Ecclesia iam tum erat constitutus, aut postea constitutus,) nihil præceperint: aut res ista tam parui fuit momenti vt eam ne leuiter quidem attingendam putarint? Et vnde quæso mox iste nullas in sacris locis, immō certe ne domi quidem, habendi sacrarū historiarum imagines, (quem non potest D. Andreas, negare & vniuersalē & trium etiam ac amplius seculorum perpetuū fuisse) profluxit, nisi ex Apostolorum & Apostolicorum virorum doctrina, & vniuersali omnium Ecclesiarū consensu? Et istud rursum vnde, nisi ex illo prioris tabula secundo præcepto, perpetuo & immutabili profectum est? Hoc autem præceptum sic fuisse iam inde ab ipsa ^{romo 9.10.11.} in vera Ecclesia Iudaica semper ita intellectum, & accurate obseruatū, vt imagines non tantum adorari, vñlōne religioso cultu colī, sed etiam in templo collocari prohibeantur, perpetua Iudaicæ gentis historia testatur: nisi quum à vero Dei cultu, frustra reclamantibus Prophetis gens illa defecit. Ut autem ad Christianam Ecclesiam veniam, agens scilicet Paulus de idolothyris, præteriislet idolæ Gentilium ab idolæ Christianorum distinctionem? Et Ioannes ab idolis ipsis cauēdum ^{ad dñm pītū} monuisset? Origenes autem lib. aduersus Celsum 7. Non patimur,

patimur, inquit, Iesum apud aras & simulachra & templa colere, quia
 scriptum est, Non sint tibi dii alieni &c. Et lib. 8. Sunt, inquit, nobis si-
 mulachra non per impuros aliquos opifices fabricata, sed per Dei ver-
 bum in nobis edita & formata, Virtutum videlicet exempla, & stru-
 ctura que imitatrixes sunt Christi. Et ne existimet D. Andreas, cul-
 tum tantum prohiberi, non autem ipsam Christi crucifixi in sacro
 loco collocatione, audiatur Clemens Alexandrinus in Paracnetico,
 ipsam penè plasticin in vniuersum damnans, Nobis, inquit, aperie
 retitū est artem fallacem exercere. Scriptum est enim, Non facies ullius
 rei similitudinem. Epiphanius certe Hieronymi οὐχ χρόνος, quum iam
 eius tempore, non quidem statuarum, sed picturarum usus aliquis
 historicus, circiter annum Christi 380. in loca sacra, ac præsertim
 in martyrum μνημεῖα irrep̄isset, per quam primū rimam Satan
 mortuorum inuocationem in Ecclesiam introduxit: in illa insigni
 ad Ioannem Hierosolymitanum epistola, non ex more aliquo, sed
 contra auctoritatem scripturarum esse testatur, videri in Ecclesia
 pendentem, sive Christi, sive cuiuspiam sancti imaginem, adeò quidem
 ut velum in quo imago illa depicta pendebat, manibus suis consci-
 derit. Et hunc quidem, mirum ni D. Andreas furiosum etiam ap-
 pellet. At contrà Epiphanius, si superstes esset, D. Andream non
 modò perpetuo tum Iudaicæ veræ, tum Christianæ totius puræ
 tot seculorū Ecclesiæ consensu, verū etiam scriprurarum aucto-
 ritare coargueret: quum ipsius Constantini magni tempore, ne-
 que pictæ, neque sculptæ, ullius usus sacri causa, ne extra templo
 quidem crucis vlla exticerint. Citantur præterea eiusdem Epi-
 phanij hæc verba aduersus Encratitas, Synodo septima Constan-
 tinopolitana, citata, Estote memores, dilecti filij: ne in Ecclesiam ima-
 gines inferatis, neq; in sanctorum cæmeteriis eas statuatis, sed perpetuè
 circumferite Deum in cordibus vestris. Quin etiam neque in domo com-
 muni tolerentur. Non enim fas est Christianū per oculos suspensum teneri,
 sed per occupationem mentis: de prophanis illis prophanorū hominū
 idolis minimè differens: quæ et si nunc in Epiphanius codicibus non
 leguntur, tamen prorsus consentanea sunt iis quæ ex ipsius epi-
 stola citauimus. Sed & Iconiensis Ampilochius Basilij οὐχ χρόνος,
 Nobis, inquit, cura non est corporales sanctorum vultus in tabellis colo-
 ribus effigiare, quoniam his opus non habemus, sed conuersationis & vir-
 tutum illorum memores esse debemus. Quæ vero Hieronymi sententia
 fuerit, partim ex eo manifestè dignoscitur, quod illam ipsam Epi-
 phanij epistolam tanti fecit, ut etiam in Latinum sermonem con-
 uertendā putarit: partim quod malā causam, id est sanctorū inuoca-
 tionem aduersus Vigilantium defendens, imaginum tamen in
 sacrī locis collocatarum nullam faciat mentionem. Augustinus
 autem in Psal. 113. perspicuè satis declarat suā diæceſeos tēpla, nul-
 las imagines habuisse: & quamuis non prorsus, nec satis liberè de

sepulchris & picturis martyrum, vir interdū immoderatē moderatus loquat ur, satis tamē aperte quid de iis rebus sentiret ostendit, lib. de Moribus Ecclesiæ cap. 34 Quæ quum ita se habeant, concerdo quidem D. Andreæ prohibitam imaginum adorationem, & hoc esse illius secundi præcepti fundamentum: sed hoc addo, sic perpetuò fuisse hoc præceptum in Ecclesia vera, tūm Iudaïca, tūm Christiana, à fidis sacerdotibus & Prophetis, itidēmque Apostolis & fidis pastoribus ac doctribus tunc, & à piis populis explicatum & accuratissimè obseruatū: népe vt à sacris locis omnes imagines quibus paulatim à vero spirituali cultu ad superstitionem, ac tandem etiam, vt tristis experientia probauit, ad manifestam idolatriam homines abduci possent, à sacris omnibus cōuentibus arcerentur: & sapientissimè, aduersus hunc abusum pij cuiusdam affectus specie gliscerent, in Eliberina synodo sub Constantini magni tempora cautum fuisse, non modò ne adorarentur istiusmodi picturæ, (nec dum enim ad statuas ventum erat) sed ne tale quippiam in ipsis parietibus pingeretur.

Paulinūm, & eos qui primi parietes sacrorum locorum apud ^{Ady} martyrum ~~μνημεῖα~~ historicis sacris picturis repræsentatis martyrum certaminibus exornarunt, absit vt tāquam superstitionis, nondum quasi idololatras reprehendam. Dicere tamen illos ausim, superioribus testimoniis fretus, hac imprudēte audacia grauiter illos in Ecclesiam totam peccasse, qui si hodie superstites essent, qua fuerunt alioqui pietate prædicti, & ipsas imagines, & omnes earum propugnatores animaduerso errore suo conspuerent.

Theſis III. Vvirem̄b.

Imagines qua ad idolatriam prostant abrogandas & abolendas esse.

Antith. III. Th. Beze.

1. De his imaginib⁹ nulla inter nos controverſia est, Idē enim prorsus nos quoq; sentimus.
2. Consensus est etiam in hoc, quod ad cultum Deus eas non solum adorari, sed etiam fieri prohibeat.

Non tantū imagines quibus manifeste arbituntur homines, sed etiā quibus aliqui posunt ad Idolatriam, cuiusmodi sunt qua in locis sacris spectātur, tollendas censemus. Et in genere, expresso Dei verbo, assētimur, qui de cultu suo loquēs, nō tantū adorari, sed etiam fieri imagines vetuit. Præclarè enim August. Psal. 113. Plus valent, inquit, simulachra ad curuandam infelicem animam, quod os, oculos, pedes, aures habet, quam ad corrigendam, quod non loquuntur, neque vident, neque audiunt, neque ambulant.

Reſponſo

Tb. Bezae Responso ad annotat. marginales.

Ad. Si ex animo loquitur D. Andreas, quæ tandem imagines in templis relinquuntur, quibus & prioris seculi homines non sint ad horrendam idolomaniam pellecti, & adhuc hodie pellici non possint? Vitabitur, inquit ille, *hoc periculum, pastorum monitis ac diligentia.* Sed quid si pastores negligentes fuerint, quales hodie quoque nimium multi sunt? Et cur pastores in inculcanda surdis idololatraru aribus veritate laborare tot annis maluisent olim, & tunc tuique similes post annos septuaginta mauultis, quam re semel, etiam *et ceteras* ex Apostoli monitis peracta, declarandis illius iustissimi facti causis vnu fortassis mensem occupari? Tantime, quæso, momentires ista est? Et quinam tandem ex ipsis imaginibus fructus percipi potest, cuius causa cum tam certo & manifesto idolatriæ periculo, contra totius Ecclesiæ puræ perpetuum motum retineantur? Et cur non isti lapides, ad quos tam multi impingunt, & nemo non impingere potest, semel amouentur, potius quam pastorebus hic assiduus labor imponatur, ut suos movent ne ad præsentes istos lapides impingant? Dicam etiam aliquid amplius, ut crepet Satan à quo vos adhuc video, partim neficio qua falsa pietatis specie, partim præpostero offensionis infirmorum, quos in illa infirmitate fouetis, metu præpeditos fascinari. Crucis & Crucifixos retinuitis. At qui nullæ magis imagines fuerint eliminandæ, vel ipso vos Constantino docente, cuius matri inventio vera illius, quam vocant, Crucis tribuitur, quum nullo magis in simulachro sit peccatum. Nam què plus honoris exhibitum Crucibus & Crucifixis illis fuit, quam reliquorum, quos vocant, Sanctorum imaginibus, tantò grauior hec impietas fuit. At enim, dicit D. Andreas, ad Pontificios, Crucis & Crucifixæ imaginis interratores, non ad nos ista pertinent. Immò siores Pontificij interrogentur. Respondebunt, hunc cultum à se non Crucibus illis vel Crucifixi imaginibus, sed mente ad ipsum, ut loquuntur, *πρωτότυπον* subiecta, ipsi Christo attribui. Vos autem, præcunte vobis, ut antè dixi, ipso D. Luthero, annon ipsi quoque ad vestras Cruces & Crucifixi imaginē procumbitis? Annon etiam alicubi venerationis causa, cereos media luce illi accédit? Nescio an etiam thus aliquibus locis adhuc illis adoleat nr. Et hoc quicquid & quātulum cūq; est, obsecro, annon est exterha adoratio & quidem religiosa? quæ quum apud imaginem fiat, quicquid de *πρωτότυπον* & subiectione mentis prætexatis, annon secundum illud præceptum transgredimini? Nisi fortasse existimatis illo interdicto Deum internam tantum adorationem sibi totam vendicare: quum tamen constet, non modo non adorandam esse imaginem vlo extero interno-ve cultu, sed ne in imagine quidem Deum colisse velle, ideoque ex fa-

cris locis abactas semel omnes imagines, quod illis ibi exstantibus externa saltem adoratio vix ac ne vix quidem possete uitari.

Si diuinum præceptum, ita esset explicandum ut vult D. Andreas, superiuacanea foret pars ipsius prior. Satis enim erat adorationem prohiberi, quem satis intelligatur vetari ne fiant ad cultuAd:
quæ semel facta adorari prohibeantur. Res autem aliter se habet. Deus enim, cui notissima est hominum ad idolomaniam propensio, ut illis caueret, præmonens futurum ut si vlli religionis causa (huc enim prior legis tabula, non ad ciuilem hanc vitam spectat) & quasi hoc opus Deo gratum esset, vllas imagines rerum creatarum siue pingerent, siue arte vlla effigiarent, sensim diuini cultus aliquid illis imaginibus decideretur: ne fieri quidem illas voluit, nedum in iis locis collocari, qui religioso omni cultui propriè sit consecratus: picturam alioqui & sculpturam ciuilibus usibus accommodam minimè condemnans. Huic autē diuino præcepto quoniam non est obtéperat, & somniarūt homines, se posse, neglecta priore huius mandati parte, alteram obseruare: videmus quod tandem res reciderit: eò quidem certè, ut veterum idololatriam longè latèque superarint qui tamen Christiani præ ceteris videri volunt. *Quid amplius?* potest ne pati D. Andreas quasi suo ipsius ore redargui? Ecce illi D. Brentium, totidem verbis ista scribentem in 20. cap. Exodi. *Hoc simpliciter prohibetur in politia Mosaica, nec licet publicè in Ecclesia imagines instituere, etiam si non adoraretur, nec tolererentur.* Nū verò D. Brentius quoque in ista huius præcepti explicationis parte fuerit Caluinista?

Thef. IIII. V virtemb.

Queritur autem, An propter Idololatriam, que passim in Tempis Papisticis exercetur, ipsa Templa & altaria Imaginibus, sacris historijs minimè Idololatricis exornata, & dispensationi corporis & sanguinis Christi in Eucharistia destinata, diruenda: Itē, an Organa Musica tamquam à Deo prohibita essent, ex Tempis eliminanda sint? In hac qua^tione negatiuam amplectimur & defendimus.

Antithes. IIII Th. Beze.

1. Hac euersione, quam plurimi infirmi in fide offendit sunt, ut abiecta veritatis doctrina, quam sustinuerunt, iterum cuperant, iterum ad vomitum redierunt, & hostes veritatis

in idololatria propugnanda pertinaciores facti sunt. 2. Idola tollenda esse conseruimus. In his vero quæ ad representandas sacras historias, vel picta, vel sculpta sunt, & difficiet Ecclesiæ spectanda, & considerare agendum. In primis verò infirmorum perpetua ratio habenda est.

Aliud est euersio templorum, quam minime probamus, quam manifestorū idolorum sublatio, quibus vel nunc abusi fuerint hominum, vel probabile est non posse non abutiri,

Et quod attinet ad Organana musica, Musicen
minime damnamus; sed ubi cantatur harmo-
nicè³ quod mente non intelligitur, res ipsa
ostendit quid inde consequatur: nempe ut
paulatim magna pars cultus Dei in cantiu-
culas mutetur, & non Dei verbo⁴ metes pas-
cantur, sed inanibus sonis aures mulcentur.

3. Harmonia Musica
singulare Dei donū est,
cuius præcipuus usus ad
cultum Dei destinatus
esse debet: sicut exempla
piorum Regum docent

4. Immò maximè mé-
tes piorum ad pietatem,
& deuotè debitum Deo
cultum præstādum ex-
citentur.

Tb. Beza resp. ad marginales annotationes D. Andreae.

Ad 1. Nostrum non est præstare quod nostra culpa non accidit. De
infirmis verò suo loco dicemus.

Ad 2. Si serio tollenda censet idola, D. Andreas, ex sacris videlicet lo-
cis, & inde tamen excipit quæ ad repræsentandas sacras historias
vel picta vel sculpta sunt, definit prius oportet quid Idolum ap-
pellat, & nouum aliquod Lexicon proferat, ex quo intelligamus
has siue picturas siue sculpturas, non comprehendendi Idoli appella-
tione. Doceat præterea quid sacras historias appellat. Imagines e-
niam quibus testatae Martyrum perpetiones repræsentantur, à qua-
rum picturis cœpisse in Oriente certum est picturarum in sacris lo-
cis usum, negari nulla certa ratione potest, non esse profanis pictu-
ris vel sculpturis annumerandas. Historicum autem, & alios ciuiles
picturarum usus, longè aliud est à sacris locis ex perpetuo Domini
præcepto, & perpetuo puræ Ecclesiæ usu, propter idolomanie cer-
tissimum, ut tristissimo tot seculorum exemplo docemur, pericu-
lum arcere, quam simpliciter illas fieri prohibere. Theologiā cer-
tè D. Andreas non nouerat Ezechias, quem æneū illum serpentem,
ipsius Dei iussu fabricatū, & iphius Christi typum, nec, ut verisimile
est, in loco sacro collocatū, penitus confregit, nihil infirmos veri-
tus offendere, qui multò speciosiora, cur abusus quidem tollendus,
non autem res ipsa penitus abolenda videretur, afferre poterant
quam nunc possint quos D. Andreas infirmos appellat, nec idolo-
latras timens exasperare. Quid autē illis temporibus apud æneum
illum serpentem, & in locis excelsis patrarent Israëlitæ, quod hodie
qui excitatae Euangelij luci aduersantur, suis imprimis Crucibus
& Crucifixis prolixè non exhibeant? Et Ecclesiæ scilicet ædifica-
tioni consulunt qui tam execrandæ idolomanie fomentum reti-
nendum, immò etiam, ubi sublatum fuit, restituendū censem: quum
tamen ne Constantij quidem magni, qui tanti signum Crucis
matetiatum fecit, ullus fuérit in sacris locis Crucibus, ne dum cru-
cifixis locus, tantum absuit ut tunc Christiani ad illorum simula-
chrorum pedes procubuerint.

D. j.

Musices absit ut legitimum usum, tum ad honestam oblectationem, tum in primis ad canendas Deo laudes comparatum reprehendamus. Sed neque talis oblectationis causa sacros habent conuentus Christiani, neque nobis unquam persuaserit D. Andreas, ut ipsius monitis potius obsequiamur, quam Apostolum audiamus, qui si meritò peregrinarum linguarum usum absque interprete in Ecclesiastico caeu prohibuit, multò minus sonos illos Musices Harmonicos, quibus aures solae, iis quæ cantantur nullo modo, ne ab iis quidem qui cantant plerumque intellectis feriuntur, in Ecclesia toleraret. Et quid amplius? Annon expressis verbis, sicut precari lingua à circumstantibus non intellecta prohibet Apostolus, sic etiam psalli eadem prorsus ratione, rebus quæ psalluntur non intellectis, vetat? Precabor, inquit, Spiritu, & precabor etiam intelligentia. Psallam Spiritu, sed psallam etiam intelligentia. Qua de re rursum infra ad Antithesin 8. dicemus.

Thes. V. Vviremb.

Fundamenta doctrina & assertionis nostra hæc sunt.

Christus in templo Hierosolymitano docuit, quem locum alias lob. 10. speluncam latronum appellat. Et legimus facta esse Encænia, non Templum dirutum esse.

Paulus Athenis ad altare Deo ignoto consecratum, Gentibus Act. 17. Christum prædicat. Neque in Actis Apostolorum usquam legitimus, quod vel ab Apostolis, vel ab illorum auditoribus tale quid tentatum sit.

Thes. VI. Theol. Vviremb.

Imagines, sive sculptæ, sive pictæ, non absolute, sed ratione cultus daturi in lege prohibita sunt, ne ad idolatriam prostarent.

Si enim Deus in lege sua omnes Imagines (etiam extra periculum adorationis & idolatriæ) prohibere voluisse quum dicit, Non facies tibi sculptile, neq; omitem similitudinem qua est in celo desuper, & qua in terra deorsum, nec eorum qua sunt in aquis sub terra: Exod. 20: certè non præcepisse fieri duos Cherubim aureos in arca fœderis, Exod. 25. & in uelo, Exod. 26. sed & in Templo Ierosolymitano iussu Domini adificato, fecit Salomon in Sancto sanctorum duos Cherubim, 1. Reg. 6. Et in lateribus sacris erant in latere Cherubim, & Leones, 1 Reg. 7. & sub manu fusili duodecim boues, ibidem: que omnia in templo conspiciebantur. Neque tamen his Imaginibus peccatum est in legem Dei, dum nemo eas Imagines coleret. Et Moyses aeneum serpentem in deserto Israeliticis inspicendum proposuit, Np. 21. quem Ezechias non contruiisset, nisi populus Israelicus

rae liticus ei serpenti thymiana adolenisset, eoque ad Idololatriam abusus fuisset.

Et, quantum à pictura Imaginis Dei distat, quod Isaia dicit: Vidiisse se Dominum sedentem super solium excelsum, & eleutatum? Isaie 6. Et, anno Daniel pingit nobis Deum Patrem antiquum illum dierum? cuius vestimentum candidum erat quasi nix: & capilli capitum eius, quasi lana munda. Deinde pingit filium hominis, venientem usque ad antiquum di- erum, Danielis 7. Annon haec sunt picturae? Quare si eas Imagines remo- ueamus, que coluntur, satis factum erit hac in parte legi divina: à cate- ris Imaginibus & picturis, nihil erit periculi.

Antithes. V. & VI. Th. Beze.

Recte docetur templorum cuersio minimè esse necessaria, nec temerè probanda. Sed quod dicitur de templo Hierosolymitanio, nullo modo² huc spectat. Tātū enim abest, vt, quum Christus in eo doceret, vllis esset i- dolis vel sculptis vel pictis contaminatum, vt Iudei postea extrema quæque potius pati ma- luerint, quam aquilæ simulachrū in eo statui- Et disputari posset, an Christus passurus fuerit xi nullis simulachris potuit.

Quod autē dicitur, imagines non absolutè sed ratione cultus in lege prohibitas fuisse, si sic intelligitur, quasi ceremoniale fuerit secū- dum præceptū, vt obseruatio Sabbathi, nega- mus: idq; probam³ perpetua & accurata eius præcepti secūdi in veteri pure Christiana Ec- clesia obseruatione, quæ tamē cæmoniales leges aboleuit. Quod enim ad⁴ Cherubimos attinet, perinde id fuit, acsi in tēplo non fuis- sent positi, nimirum extra omnium etiam Sa- cerdotum conspectum, & propositi etiam ut typi Maiestatis illius Messiae ipsis Angelis do- minantis, cuius nunc veritatem habemus.

non aspergit. Sed quæritur: an licet illarum exemplo imagines pingere aut scul- pturā exprimere? An id per se impium sit? Ad quam questionem hæc exempla accommodantur, contra eorum errorem, qui arbitrantur, simpliciter à Deo pro- hibitum esse, imagines pingere aut sculpere.

1. Nos nullo modo pro- bare possumus illos fu- roles populi: quum abrogatio ad cuiusq; lo- ci Magistratū pertineat. In quo tamen etiā pru- dentia cum pierate re- quiritur, nequid intem- pestiuē aut cum offen- sione piorum fiat.

2. Imo maximè huc spe- cietat. Eversiones enim templorum magis propter impiam doctrinā & Missas Pontificias, quam propter idolola- tricas imagines in Gal- lia & Belgio factæ sunt. Quo nomine Hieroso- lymitanio templo tem- pore Christi maximè respondent.

3. Nequaquam præcep- tum Dei de prohibitis imaginibus, ad ceremoni- ales leges referimus: sed ad prohibitum Dei cultū, neque fabrican- das neque adorandas, præceptum Dei sonare docemus.

4. Nihil refert, quod illas imagines populus

5. Eadem ratio harum Aliæ verò imagines, vt leonum⁵ & boum,
quoque imaginum est, nihil ad rem pertinent, vt quæ fuerint Valo-
quæ ad hunc scopum & rum sacrorum ornamenta, extra omne Idolol-
questionem propositam latræ periculum, & præterea expresso Dei
allatae sunt, sicut de verbo ita fabrefacta. Aeneum denique serpen-
tum, quām non oportuerit⁶ omnium oculis
exponi, euentus declarauit: & vrinam imita-
rentur Christiani⁷ Magistratus, Ezechia⁸ ex-
emplum in iis conterendis, in quibus, longe
minus excusabili pretextu, Ecclesia Christiana
fædissimè est profanata: & præcipue quidem
in crucis⁸ & crucifixi imaginibus, que⁹ quo-
modo pingenda & spectandæ sint Christiani,
declarat Paulus, Gal. 3. Idem dicimus de
Propheticis¹⁰ visionibus, quas idcirco mini-
mè Dominus seruis suis exhibit, vel ab illis
describi voluit ut alibi quām in verbo ab illis
spectarentur, ubi minimè res muta sunt, qua-
les sūt pictorū imagines.
7. Exemplum Ezechia,
pij Principes nostro te-
pore imitati sunt, in tol-
lendis imaginibus, quæ
ad cultum prostabant. In
reliquis, qui moderatè
egerunt, edificationi Ecclesiæ plurimum seruierunt.
8. De crucis & crucifixi imaginibus nihil periculi est, quāmdui populus recte
docetur. Quande autem doctrina corrupta est, nihil sanum aut sincerum relin-
quitur, siue absint siue imagines in templis. 9. Cum pictura crucifixi
Christi in Epistola ad Gal. 3, non pugnat etiam externa pictura, quæ neque præ-
cepta neque prohibita quū sit, tanquam adiaphoron habenda est. Neque pro pa-
pisticis templis habenda sunt, in quibus crucifixi imagines adhuc reperiuntur, si
populus piè & rectè doceatur. 10. Idem nos quoque dicimus. Sed interim nul-
la ratione doceri potest, impium esse, si ad eum modum pingantur, quemadmo-
dum à Spiritu sancto in Verbo comprehensa sunt.

Th. Beza Responsio ad marginales annotationes D. Andreae.

Ista in quos dicantur viderit D. Andreas. Nam in Belgio quoque certissimum est plerisque locis, nonnisi mandante vel probante Magistratu municipaliter Templorum fuisse euersa, siue prudenter, siue imprudenter id sit factum. In Anglia quoque, Scotia & Heluetia, si quæ sūt Pontificiorum Ecclesiæ dirutæ, nihil hic temerè, neque populi tumultuatio concursu gestum est. In Gallia verò populos, me-
dio feruente ciiali bello, eo offensos quod suas sacras ædes, suis ip-
orum sumptibus, prout Regis edicta permittebant, constructas
à Pontificijs impunè fert & igne subruj viderent, frustra tum Pa-
storibus cum ipsis bellum Ducibus reclamantibus, vicissim illorum
Temporum nonnulla subruisse nemo mirabitur, qui quanta sit belli
civilis tempestas, & quām ineuitabilis armorum licentia, præsens
perspexit: vt eas occasiones præteream, de quibus dixi ad Antith.
i. annotationem primam. Temporum denique profanorum
euersio-

euersionem per se damnandam esse, ne ipse quidem D. Andreas dixerit. Et quod ad me attinet, optarim quam plurimis locis à Christianis Magistratibus, ingentia illa templo quæ Pontificiam idolatriam sua ipsorum forma testificantur, & ad deambulandum, ac edendos beatus potius quam ad commodè recipiendos auditores, & ad audiendum concionatorē sunt comparata, iam inde ab initio finisse subuersa, & alia concionibus ac Sacramentorum administrationi commodiora extorta.

Ad. 2.

Proposuit D. Andreas aduersus Templorum tumultuarios euersores, (quos & ipsos minimè probamus) Christi exemplum qui in templo Hierosolymitano docuit, quem tamen locum alijs speluncam latronum appellat, templum vero propterea non dicit. Respondimus in Antith. nihil hoc exemplū ad id de quo agimus pertinere. Templum enim Hierosolymitanum tunc nullis idolis fuisse contaminatum, nec vlo prophano cultu externo pollutum. Contrà D. Andreas contendit, aptum esse hoc argumentū, quoniam Templorum euersiones, magis propter impiam doctrinam & Missas Pontificias, quam propter idololatricas imagines in Galliis & Belgio acciderint. At ego contrà certissimum esse affimo, si falsam doctrinam simpliciter ore, vel in suis scholis, vel ex sarcis pulpitib[us] Pontificij sonuissent, nec aliquid visibile idololatricum in illorum Templis fuisse conspectum, nostros ne lapidem quidem vnum fuisse moturos. Idque ita esse vel ex eo constat, quod alioquin, quem communis esset illa causa falsæ doctrinæ, omnia certe Pontificiorum templo sustulissent, quem è contrario multò plura ab idolis repurgata ad sacrum ministerium exercendū retinuerint. Postremò, quid pluribus hic opus est, quem seipsum redarguat D. Andreas? Est enim externus ille cultus, quem synecdochias per Missas illas Pontificias intelligit, à falsa quidē doctrina dependens, sed ab ipsa doctrina quiddam distinctum, illius videlicet fœtus & praxis. Ostendat autem nobis D. Andreas, tale quippe piam tūc fuisse in templo Hierosolymitano, à Scribis & Pharisæis veram doctrinam alioquin per falsas interpretationes & traditiones falsantibus, factitatū. Probet etiam, siquæ talis idololatria dominum Dei polluisset, Christum in aliquorum gratiam, quos D. Andreas infirmos appellat, fuisse patienter illam toleraturum, ac non potius vel templum suo ingressu designaturum, aut fortassis sua ipsius manu euersurum, qui bis, accepto quoque flagello, euersis numulariorum numis & mensis, vendentes & ementes ex ipso atrio populo profligauit: & ne in ablutione quidem manuum Pharisæis quicquam concessit: quas res tamēper le adiutoriæ esse liquet: nec præterea illis numulariis, & venditoribus, ac emptoribus, tum antiqui moris, tum auctoratis sacerdotum, tum etiam aliarum rationum speciosum prætextum defuisse.

Nequaquam, inquit D. Andreas, praeceptum Dei de prohibitis Imaginibus ad Ceremoniales leges referimus. Ergo cum D. Luthero & cū suo D. Brentio transigat. Sic enim D. Brentius in 20. Exodi de hoc ipso Imaginum faciendarum & calendarum interdicto differens, *Hoc, inquit, simpliciter prohibetur in politia Mosaica, nec licuit publicè in Ecclesia Imagines instituere, etiamsi non COLERENTVR aut ADORARENTVR.* sicut simpliciter prohibiti fuit, ne quis carne fascilla vesceretur. Est & hac pars præcepti Ceremonialis, pertinens tantum ad politiam Mosaican, quemadmodum Circumcisio, Sabbathum &c. Quid autem D. Lutherus? Is tractans Deut. cap. 4. vbi eodem præcepto iubetur Israël auctores imaginum & ipsas imagines perdere, extra metas penitus excurrent, & à temerariis *εινωνιάσαις*, quos licet hyperbolias, meritò tamen reprehendit, transiens generaliter ad questionem, an tollendæ sint villo modo imagines, *Quum constet, inquit, apud Christianos, non debere gladio corporali occidi impios, & eam Legis partem ut merè Ceremoniale abrogatam, ut que temporalis fuerit usque ad Christum: sequitur & imagines nullæ necessitate tollendas esse, quum ad eandem Legis partem pertineant.* Idem tamen paulo post, se ipsum ut cinque reprimens, *Quanquam & ego, inquit, imagines non admodum amem, & vellem in templo non statui: non quod solum hoc spectem, quia adorentur, quod rarius accidere puto: sed quod fiducia operis in pretio, & earum specie ponitur, quasi hoc opere aliquid obsequij Deo prestetur, quum interim perdatur sumptus, & totum quod istis impenditur, in meliores usus pro fratribus necessitate sit impendendum.* Hac ille, si tollendarum, ergo etiā vilius Religio- nis, sive sanctimoniaz causa faciendarum imaginum præceptum cum D. Brentio Ceremonialis Legis partē constituens, in quibus cogor præterea multa desiderare. Primum enim, quod D. Lutherus raram Imaginum adorationem esse putat, nec præcipuum esse illius diuini interdicti cansam, non tantum expressis ipsius Domini verbis, & Prophetarū torties inculcatis reprehensionibus, sed ipsa denique in oculos omnium adhuc hodie incurrente experientia refellitur. Deinde quod ad sumptum & operis tanquam sancti fiduciam attrinet, vnde istud nisi ex ipsius idolatriæ fonte? nempe quod imagines illæ pro rebus sacris habentur, quum tamen Deus ne in viuis quidem Sanctis, vel etiam Angelis voluerit, ne externa quidem religiosa adoratione coli, nedum in mutis & mortuis vilis imaginibus: quod quum non tantum in factis publicis locis sed etiam in priuatis ædibus evenire possit, immo vix vila sit superstitionum hominum domus in qua priuatas quasdam sacras imagines non habeant, apud quas adiuluti, vel sanctos, vel Christum ipsum non inuocent: ne hæc quidem Lutheri, eodem loco, verba temere probari, *Leui pictura imagines priuata in domo non possum improbare.* Quanta sit enim prudentia & circumspectione in picturis etiam historicis

historicis eiusmodi vtendum, ne sic quoque Satan rimam inueniat,
docent nos tristissima exempla Michæ Iudic. 8. & Gedconis Iudic.
8.27.

^{Ad 4.} Ad rancidum illud argumentum duorum Cherubimorum in æde sacra, arcæ Domini insidentiū, quod D. Andreas ex fœdis idolatriā propugnantium lacunis hausit, respondimus, sic illos fuisse Dei inſu in facro loco collocatos, vt illis populus ad idololatriam abutu non posset, vt nec arca ipsa, quod hæc eſſent extra hominum cōſpectum in vltimo templi adyto collocata. Quid ad h̄c D. Andreas. Nihil, inquit, refert, quod iſtas imagines populus non videret, sed queritur, An liceat illarū exemplo imagines pingere vel ſculpere. Quasi verò picturam vel ſculpturam per ſe quisquam noſtrū damnauerit. Sed si D. Andreas agit de iis quæ ad religionem & conſcienciam vlo modo ſpectant: repondeo intrepide & ſine vlla exceptione, iphius Dei verbis, non tantum adorari, ſed etiam ad ſacrum vllum vſum fieri vllū imaginū genus nefas eſſe: & quoniam ſacra præſertim loca vni sancto cultui destinata ſunt, pudendū eſſe & intolerabile (vt Epiphanij verbis utar) tale quicquā in Christianorum templis ſpectari. Sic enim explicandum illud præceptum, & Legiſtatorē ipsum ſenſiſſe, & veram Iudaïcam & Christianam illam puram Eccleſiam iudicaffe affirmo, quod negare D. Andreas, niſi inexcusabili impudentia non potest. Quod autem ait nihil interfuiſſe iſta ne viderent an ſecus Iſraēlitæ, ne refutatione quidem indiget apud ſani iudicij homines.

^{Ad 5.} Protulit aliud argumentum D. Andreas, ab imaginibus Leōnum & boum peritum, quibus ex Dei mandato, vasa quædam & instrumenta templi fulciebātur. At cur non etiā mala punica, & lilij flores, & Cherubimos in aulēs Tabernaculi opere Phrygionico contextos profert? Ridicula omnia. Erāt enim iſta Dei minimè à ſeipſo diſſidentis inſu ſic facta & collocata, vt mera quædam eſſent illarum rerum ornementa, quibus abniti ad vllum Dei cultum non magis quam iſpis illis vasis & instrumētis quisquam poſſet. Quorū igitur iſta ad id de quo agimus?

^{Ad 6,7,8.} Præſtitile diximus æneum illum ſerpentem iuſſu Dei in deſerto fabrefactum, finito illius vſu typico, nunquam exponi omnium oculis: & Ezechiaꝝ sanctissimi Regis in illo penitus abolendo exemplum debuiffe & deberet Christianos Principes noſtris temporibus imitari. Respondet D. Andreas, non fuiffe in eo peccatum quod omnium oculis expoſitus fuerit ille ſerpens, cuius conſpectu pijs quotidie cōfirmare fidem ſuam potuerint: culpam autem illius idololatriæ ſacerdotibus negligentibus vel etiam idololatriſ eſſe tribuendam. Fallitur autem D. Andreas vehementer, ſi putat vel Mosis, vel sanctis illis temporibus ſerpentem illum fuiffe vel in tabernaculo, vel in templo Dominicocollocatū: quod contra Domini ni-

præceptum nunquam factum à Moſe vel piis regibus fuisse: neque explicat historia vbi serpens, ille Ezechiæ temporibus steterit. Probabile est autem populum, postquam præceps in omne idolatriæ genus ruisset, alicubi quoque, ut patrum sanctorum monumentis quamplurimis, sic etiam isto simulachro, peculiari quadam etiam religione, abusum fuisse. Quidnam autem hic admittere potuerunt Iudei, quod certatim Christiani suis Crucibus & Crucifixis non exhibuerint? Quod si Ezechias eo nomine summa laude dignus prædicatur, quod non contentus populum curasse melius docendum, hinc simulachro, quamvis Divinitus fabrefacto, & ad tanti miraculi memoriam tot seculis conseruato non pepercit: quid prætexere nunc possint Christiani Principes suæ in illis præsertim Crucibus & Crucifixorum simulachris semel abolendis negligenter, quæ quinto vix seculo in Christianorū sacra loca inuecta, paulatim omni horrenda idolomania spurectie contaminata sunt, ut alia infinita idola præteream, quæ à viris piis ne spectari quidem sine horrore posseunt?

Non pugnat, inquit D. Andreas, Christi descriptio spiritualis eius fit mentio G.vl.3. cum externa pictura. Per se non pugnat, fateor, sed *κατὰ συμβεβηκός*, quoties videlicet ullius facri usus causa, etiam citra adorationem & cultum ista sunt aut habentur: quod quum nulla ratione quantumuis diligenti vitari possit, præsertim si in locis ad unius Dei cultum ordinatis statuantur, ut tot seculorum experientia cōprobauit: & propterea recte, ut ante dixi, doceat D. Brétius, in *sacra politia Mosei ca*, non licuisse publicè in Ecclesia imagines statuere, etiam si non adorarentur, quis non videt hoc quoque præceptum contra eiusdem Brentij sententiam, non minus diligenter in Ecclesia Christiana obseruandū? Nisi fortasse somniamus Christianos minus esse ad idolomaniam propensos, quam olim Israëlitas, quum speciosiorem multò nunc prætextum habeant Christiani, quam olim Iudei, quibus crassa duntaxat illa prophanorum idola proponebantur: & nisi diligētiores Christianam Ecclesiā pastores habuissent, vel habere imaginamur, quam olim apud Iudeos fuerint, Moſes, Aaron, quem etiam populus ab officio abduxit, Iosue, Phinees, tot denique Prophetæ Israëlitis præceptum illud Domini inculcantes. Et ut largiamur tam obsequentem dari posse populum, & tam diligentes in docendo pastores, cuius prudentia fuerit de eo prohibendo abusu laborare, cuius inuehendi occasio nem, vel potius illicum ob oculos præsentissimum non tollas, sed toleres?

Ne nos quidem sacratum, sive historiarum, sive visionum propheticarum picturas per se damnamus, quibus præsertim sacer ipse contextus illustrari & melius intelligi possit. Sed quid iis fieri possit, quæ quum falsæ sint, spectatores quoque fallunt? Quid iis etiam

etiam fiet quæ testè & honestè sacris literis tradita, tam turpiter & obscenè à pictoribus repræsentatur? vt si quis Putipharis vxorem & Iosephum ab adultera solicitatum: vel Bethsabeam, vel Susanam nudam lauantem, & meretricio cultu deformatam ob oculos proponat? vel Amnonis, vel Absalom iincestum, vel quæ Ezechiel. 16. narrantur, repræsentet? Omnes istas certè, inquiet D. Andreas, abolendas censemus. Vtinam verò omnes essent abolita, nec tantum ex templis, sed etiam ex omnium oculis sublata. Sed si meritò ista censentur penitus abroganda, cur non multò magis quæ si in Templis retineantur, experientia tot seculorum ostendit, non posse non homines ad fœdiorem etiam scortationem, penè etiam inuitos, paulatim pellicere? Deniq; quin inter res penitus inanimas cuiusmodi sunt picturæ & sculpturæ omnes, & resipias, siue historiis, siue visionibus sanctis exhibitas, tantum intersit, quantū inter corpus & vmbram, minimè velim nudas vmbras spectandas proponi, ex quibus liceat quiduis spectatibus imaginari, sed potius sedulò curari vt cum vmbra corpus, id est cum picturis verbum ipsam Domini, nos per aures & intellectum in illo verbo suo eruditis copuletur.

Thes. VII. Vvirem̄b.

Regula à D. Paulo prescripta, de infirmis non offendēdis, accuratè observanda est, & Idola prius verbo Domini ex animis hominum euellen- da, quam ab oculis eorum remoueantur, &c.

Antithesis VII. Th. Beza.

Danda quidem est opera, vt paulatim ex ipsorum Idololatrarum mentibus euellantur idola: sed vicissim souendum esse tam fœdæ superstitionis morbum negamus. Nec vidimus, quinam non soueantur in eorum animis, ante quorum oculos prostant obiecta, quibus ad illam retinendam commoueantur.

i. Si sana doctrina Euāgelij populo tradatur, plus periculi est à festinatione, quam à cūtatione & mora longiore in tollendis imaginibus. Prius enim verbo Dei ex animis hominū eximenda sunt idola, quam ab oculis remoueantur. Quia in re certum tenipus nec potest, neque debet definiri.

Th. Beza Responso ad marginalem annotat. D. Andrea.

Damnata, & meritò quidem, non quod ad rem ipsam per se, sed quod ad circumstantiam attinet, tumultaria, ex priuatorum impetu deiectione idolorum, D. Andreas, in hac Thesi totus est vt cūstantes in iis tollendis Magistratus excusat. Cui suæ sententiæ duas subsernit rationes. Vnam, quod ex Apostoli doctrina, non offenden-

E.j.

dendi sint infirmi. Alteram, quod plus periculi sit in festinatione, quam cunctatione & mora logiore, cuius certum tempus nec possit nec debeat definiri. Ego ytrinque graviter & perniciose D. Andreas affirmo errare, & suos in eundem errorum abducere. Nam quod ad priorem rationem attinet, certissimum est Apostolum non agere, neque de Ethnicis aliquatenus duntaxat ad Christum conuersis, neq[ue] cultu quopiam manifeste idololatrico: sed de Iudeis, non pertinaciter & mala conscientia, at per ignorantiam Leuiticum cultum diuinitus institutum, mordicus retinentibus quod libertatem nobis per Christum partam, & Legem Cærominalē, cuius corpus erat Christus, abrogatam esse nondum cognouissent. Hoc autem ita esse, non tantum ex eo constat, quod Apostolus, non simpliciter infirmorum meminit, sed infirmorum in fide, & de peruersis Iudeis loquens, illos appellat Concisionem & canes, quos non iubet assumi, sed caueri: & quibus ne ad momentum quidem cesserit: de prophanis autem idololatriis agens, vsque adeò absit ut ad illorum illicita sacra coniuere p[ro]fesse sanctos doceat: vt contrā neget illos quicquam habere cum Christo commune, qui cum illis in idolao epulentur, & ne in priuato quidem cum prophanis coniuicu, sanctos ferat immolatitiis carnibus, alioqui quod ad hanc circumstantiam attinet, ~~ad sephora~~, vescentes, cum eoru offensione qui sic execrentur idola. vt idolothya sine villa exceptione auersentur. Quorsum igitur ista D. Andreas, ad id de quo agimus? Et si enim Pontificios, à quibus merito dilectissimus, neq[ue] cum Iudeis qui ad tempus à fœdere exciderunt, neq[ue] cū Turcis, qui nec in Ecclesia neq[ue] ex Ecclesia sunt, neq[ue] cum antiquis illis cum quibus Deus nunquam fœdus pacis pepigerat, reconsenserat: tamen quod ad Idololatriam attinet, de qua nunc agimus, eodem loco, quantum non pari per omnia ipsos habeo. Et quod ad ipsam Idololatriam attinet, quam iniqua est illius comparatio cum Leuitico cultu, sive Cærominali Lege diuinitus tradita? Eadem certe quæ Christicum Belial, & Luciferum cum tenebris. Qua igitur ratione, qua conscientia, quo pudore, D. Andreas, quæ de infirmis in fide, dicuntur, cum manifeste hac quidem in re prophanis hominibus: & cultum antea, non modo tolerabilem, sed diuinatus expresse mandatum, cum fœdissima illa scortatione confert? Ergo, inquiet D. Andreas, nihil ne ipsis, à Pontificiorum idololatria nondum eosque abductis, vt errata sua omnia facili perspiciant, indulgendum, ac non prius Idola ex illorum mentibus per Dei verbum iuellienda, quam ex teiplis & illorum conspectu collenda censes? Ego vero pastorum officium, à priorum Magistrorum munere distinguendum hic etiam esse arbitror. Pastorum officium in unius est spiritualibus. vniuersitatis armis Savanam & intus & foris profligare: nec amplius quicquam illis licet, vniuersitatis ordinem,

ordinē, quod rarissimū est, nec temere in exēplū trahendū à Deo
mouentur. Magistratus suos ergo sedulō doceant Pastores, dādam
illis esse operam, vt ex auctioritate & imperio, quod illis diuinitū
tributum est, veram & puram religionem in sua ditione, vel, si pol-
luta est, repurgant, vel, si iam repurgata, puram tuncantur & con-
seruent. Priuatos autem & publicē & sigillatim erudiant, idque
ptimū propinato lacte, ac demū dīnceps solidō exhibito cibo,
vt Apostolus apud Corinthiōs facit: & veteres vtr̄s renō-
uent, priusquam vinum nouum in illos effundant, ne simul vtr̄s
& vinum pereant, vt noster ille Præceptor monet. Fateor & illud,
piis Magistratibus prouidendum esse, vt diligentum & sedulorum
pastorum vestigia quodammodo in vera instauranda religione se-
quantur: sic tamen, vt cunctantes non modò sua indulgentia non
foueant, sed contrā, vt sāpe inculcat Augustinus, illud Christi co-
gitent, Compelle intrare: sic denique vt hic non illa carnis pru-
dentia regnet, sed zelus & sapientia Dei dominetur, que non mo-
dò quid sit agendum, sed quomodo etiam, & quò progressu agen-
dum sit, quod agendum est, præscribet, quòd ea de re nihil prorsus
propter cīcūstantiarum varietatem specialiter certum præcipi,
vel fieri posse videatur. Hostium vrbibus iubetur populus primū
pacem, id est pacificam subiectionem offerre, neque nisi pacem re-
cusantes perdere. Num verò existimat D. Andreas, toleranda pro-
pterea fuisse illorum idola, tantisper dum ex illorum mentibus e-
uellerentur? Sed hoc, fateor, peculiari nititur ratione. Aza verò &
omnes illi pīj Reges, quum ex Prophetarum monitis, addita capi-
tali pœna, cultum illū Dei, profligatis idolis instauraret, an expe-
starunt dum Apostatae in illam idolorum destructionem consen-
tirent? Præeat igitur sanè doctrina, præeamonita, præcant que-
cunque auersos à Deo vero animos possunt ad verum cultum re-
uocare, sicut in primis pīj Reges illi verbum Dei coram vni-
uerso populo legendum & explicandum curarunt. Sed in rebus
præscriptim per se claris & manifestis, (cuiusmodi est imaginū om-
nis ad vllum religionis vslum fictio, collocatio, & qualisunque
sue interna, sive externa veneratio, tam disertè prohibita, & om-
nibus Ecclesiæ puræ testimoniis dānata,) expectare nūm hypocri-
tae consentiant, supersticioſi assentiantur, pigri sibi in ignavia sua
placētes expergefactos se testēt, quid aliud est quam rustici illius
Horatiani exēplo, expectare donec perpetuas aquas suggesteſte ſo-
re, tortis defluat amnis: & præpostera offensionis hominum obtē-
tu, illatas ipſi Deo contumelias, piē scilicet & magna charitate, nes-
gligete. Eſſi igitur damnanda est temeritas, tamen, contrā quam
opinetur D. Andreas, in eo quoque magno pote hallucinans, plus
est in vnius diei cunctatione periculi, quam in mensis integri ac-
celeratione. Sed quorsum nūc ista diſputatione opus est? Demus

ad annos 30. vel 40. potuisse tolerari imagines, tantisper dum iconolatriæ in Germania erudirentur: si postea sublatæ fuissent, quanto quisque nunc ex iis qui stantes illas viderant, offendetur, qui nunquam illas in templis aut alibi conspexisset? Et quid iis locis fiet, in quibus restituta sunt quæ fuerant ablata? Népe, sic pendet cultus Dei ab imaginibus, quibus pura tota Ecclesia vetus tam multis seculis caruit, & Cruces & Crucifixos ignoratis, & nefarium esse ducens homini pendentis imaginem in sacro loco spectari, ut vera Religio nisi seruatis imaginibus periclitetur. Annon vero potius hæc sunt eorum hominum subterfugia, qui ut nonnullorum erratis & defectibus suam negligentiam tucatur, madido sacco, ut verus habet proverbiū, scilicet aduersus imbreū operiunt?

Thesis VIII. Vvirem̄b.

Quod ad Organa, & instrumenta Musica attinet, manifestum Dei Psal. 100. verbum extat: Laudate Dominum in chordis & Organo. Laudate eum in Cymbalis benè sonantibus. Laudate eum in Cymbalis iubilationis. E. 2. Paral. exempla Regum puerorum, Davidis, Solomonis, Ezechie, Iosie &c. hoc 20. idem testantur: quorum Musica instrumentalis in Templo à Spiritu Sancto non reprehensa, sed commendata est.

Antithesis VIII. Th. Beze.

1. Instrumentalis Musica Leuitici cultus partem suisce hanc non mai-
ca adhibita est quidem ni tam constat, authore Deo, non hominum
Leuitico cultui: sed ex-
pressum Dei speciale placitis institutam: alioqui necessariò in om-
mandatum de ea non nibus Christianis Ecclesiis instituendam, si
habuerunt pii Reges qui hoc Dei mandatum ad eas pertineret.
eam institerunt, quum
à Mose instituta & obseruata non fuerit. Ideoque ad omnes pertinent, quæ ex la-
cra scriptura de prompta sunt à Theologis Vvirembergicis testimonia, pro in-
strumentali Musica in templis retinenda. Et male faciunt, qui eam tanquam à
Deo prohibitam, ex Ecclesiis & Templis eliminant.

Th. Beze Resp. ad marginalem annotationem D. Andreæ.

Vtri vero credemus, num D. Andreæ scelus ἑθελοθρητείας Da-
uidi & piis aliis Regibus impingenti, quasi expressum mandatum
non habuerint instrumentalē Musicam Leuitico cultui adhiben-
di, an potius Spiritui Sancto, tum summae audacie, tum pudende
inscitiae D. Andream coarguent? Sic enim Spiritus Sanctus loqui-
tur. Chronicorum 29. v. 25. Et statuit Ezechias Levitas in domo Do-
mini cum Cymbalis & nabilis & Citharis ex præcepto Davidis & Gad-
vidis Regis, & Nathan Prophetæ, qui per manum Domini fuit hoc
præ-

praeceptum, permanum Prophetarum eius. Nihil autem fuisse in Templo vel alia voce, vel adhibitis instrumentis cantatum, quod non ab omnibus audientibus audiretur dubium non est: cuius Musices ratio penitus hodie nobis est ignota. Et hanc fuisse Cærimonialis cultus partem, non temerè in Ecclesiæ Christianæ inuehendam constat, & tristis docet experientia. Etsi igitur Musices usum re-
stum, & præsertim concinendis uti decet Dei laudibus accommo-
datum, minimè damnamus: illam tamen symphoniacam Musicen,
huc voci adiungantur instrumenta, siue minus, (in qua pascuntur
aures non animus, nihil eorum quæ canuntur intelligens: unde
factum etiam videmus, ut omnis Dei cultus in eiusmodi cantuunculas degeneraret) sapienter existimo fecisse, qui in Ecclesiæ abo-
leuerunt, & sola vocis graui, pia & religiosa cantione contéti, illam
ex cætibus publicis eliminarunt. Veteres certè Christiani in suis
xpù̄ttrois, ante lucanos hymnos, teste Plinio secundo, cecinerunt, lin-
gua nimirum & Musica ab omnibus intellecta, qua de re scribens
author Quæstionum & Responzionum Christianarum, (etsi falso
inscriptus Iustino, quem in eo citetur Origenes, illo posterior, ta-
men peruetustus & eruditus,) quæst. 107, In Ecclesiæ, inquit, receperunt
non est usus carminum per eius generis instrumenta, & alia incipientibus
conuenientia, sed simplex canto in eis manet. Sed & Gregoriano quem
vocant, vel alio eiusmodi cantu, quem paulatin obsolescentem Gre-
gorius restituerit, veteres Ecclesiæ fuisse cōtentas probabiliter in-
de coniicitur, quod instrumentum illud per antonomasiam Organum
non appellatum, quo uno Pontificij in suis Ecclesiæ uti consue-
runt, constat idoneis testibus, auctore demum Vitaliano Pontifi-
ce, circiter annum Domini 660. inuectum fuisse cum Musico illo
cātu, & teste Auentino, in Francia anno Domini 878. fabricatū. Et
eiusmodi quiddam tribuit Meletianis Theodoretus lib. Hæretica-
rum fabularum 4. His auctoribus & Osiandro suo Organorum
architecto nitatur D. Andreæ zelus quandiu volet: ego quidem
alium enthusiasmum requiro.

SEQUENTIA DOGMATA, SCRIPTVRÆ SACRÆ non consentanea censemus.

I.

*Non posse doceri Evangelium in templo, in quo prohibita, & Idolola-
trica sacra celebrata sunt.*

II.

*Non licere Cœnam Domini celebrare in altari, quod prius abomina-
tioni missa Pontificia seruierit.*

ad quod in aliis inquit lidi. utrum ad ipsam rationem, non ad ipsam, & ceteris. III.

Mensam ex ligno confectam loco altaris lapidei in templis necessario constituantur esse, in quo Cœna Domini celebretur: quum tamen Christus vnde cum discipulis suis, non mensa usus sit, sed humi pro more & consuetudine gentis discubuerit.

III.

Abrogationem imaginum populo permittendam: qua pietati & sapientia Regum, Principum, & cunctaque loci ordinary Magistratus commendata est.

Iacobus Andreas D.

Lucas Osiander D.

IV.

Responsio Th. Beza Ad Dogmata.

A reuerendis Dominis collocutoribus
damnata & superioribus Thesibus subiecta,
neque ad nos, neque ad vias, ut existimamus,
Christianas Ecclesias pertinent. Hoc tamen
completa, infra in Colloquio copiose demon-
stratur, Quamvis res per se sit absurdorum, lapi-
deam structuram, quam altare vocant, vel li-
gneam mensam communem habere in usu
sacrae Cœnae Dominicæ: tamen probabile
non est, Satanam vnam potuisse Cœnæ
Dominicæ Sacramentum in illud horredum
sacrificium denud offerendi Christi commu-
tare, si altaribus Christianæ Ecclesiae caru-
sent. Et utinam ista Sacramenti altaris applicatio
nunquam fuisse usurpata.

Theodorus Beza, Genevensis Ecclesia Minister.

Abrahamus Musculus Bernensis Ecclesia Minister.

Petrus Huebnerus, Graeca lingua in Gymnasio Bernensi Professor.

Antonius Faius, Genevensis Ecclesia Minister.

Claudius Alberius D. Professor Philosophie in Academia Lau-

sannensi.

Mompelgarti. 29. Martij. 1586.

Th. Beza Responsio ad Annotat. marginales D. Andrea.

Hæc meras esse calumnias & putida mendacia respondi, &
adhuc respondeo, quæ D. tamen Andream non puduit affirmare,
copiose


copiose à se fuisse demonstrata, & quidē quasi dogmata ab iis quos ZVvingianos & Caluinianos vocat sparsa, & ipso opere cōplera. Legātū ergo iste demonstrationes, quē certè nusquā sunt, nec es-
se possint. Tantū ibi recitat egregius iste demonstrator, Comitis
neclio cuius, siue fabellam, siue historiam, qui non religione, vt ap-
paret, sed ambitione, bis inuito Principe, quicūm communem ha-
buit in quadam Ecclesia iurisdictionem, altare lapideum diruen-
dum, & mensam in eo loco extruendam curarit. Egregia certè a-
mōde aīzū, ambitiosi vel etiam male eruditū vnius, nostræ quam iste
ZVvingianam & Caluinianam appellat, Confessionis hominis fa-
ctum, habendum esse pro dogmate, & quidem sparsa, & à ZVvin-
gianis & Caluinianis re ipsa completo. Imò, quinam potuit iste
Comes, existimare non posse doceri Euāgeliū in templo, in quo
prohibita sacra idololatrica celebrata sunt, quia latrare dūtaxat la-
pideum, in mensam ligneam commutari? Et si calumniari ex em-
plo D. Andreæ liberet, cur non pari, id est non minùs inepto ar-
gumento concluserim, Principem illum Augustanæ confessionis,
qui mensa lignea bis euersa restituendum altare lapideum curauit,
existimasse, non licere Cœnam Domini in mensa lignea celebrare,
sed necessariò altare lapideum adhibendum? Quid si vero, longius
etiam progressus, hocesse dogma Lutheranum aut Vviterember-
gense dicerem? Me quidem certè merito omnes ut mēdaciſſimum
calumniatorē conspuerent. Sed quid D. Andreā pudeat, qui tā im-
pudente calumnia non contētus nos aspersisse, paulò post illius
historiæ narrationē, suauiter nos irridens, Hęc, inquit, dogmata nō
propositum quod existimaremus, vos in contraria sententia esse, sed quia
Ecclesia vestre, hoc nonine paſsim malè audierunt (te scilicet & tui si-
libus auctoribus D. Andrea) quapropter prodest omnes scire, illam cō-
fusionem vobis minimè probari. Dicigitur, obsecro, quinam ZVvin-
giana & Caluiniana hęc esse dogmata, paulò antē dixisti à te fuis-
se, & quidem copiose demonstratum? Aut cur demonstrādum sus-
cep̄eris quod ipse non credas? Quę nostra vero sit, & de istis, & de
ceteris fidei Christianæ capiibus sententia, nūmis iniquum fuerit
non ex nostris Confessionib⁹, & tum dictis, tum scriptis, tum e-
tiam per Dei gratiam, factis: sed ex huius, vel illius aliquo dicto, vel
facto, vel impudentiili calumniatoris ore iudicare.

Ad 2.

Obiter dixi, quāmuis altaria lapidea & fixa minimè per se repre-
hendam, præstissime tamen, veteri consuetudine, ligneras mensas re-
tineri, quod Satan, vt est versutissimus, ex istis altaribus non lenem
occasione arripuerit Sacramenti Cœnæ Domini in Sacrificium,
etiam expiatorium, & horrendū certè βδεινυμα, sensim transfor-
mandi. Immo, inquit D. Andreas, Sacrificium altaria, non altaria Sa-
crificium pepererunt. Falsum. Etsi enim feliciore illo seculo, mensis
lignis, etiam post sublatas agapas, usq; sunt Christianæ Ecclesie.

quibus oblationes imponebantur, in ipsum altare postea, quod concavum erat, reponenda, ut lect. 13. Biulus restatur, seruato adhuc eius rei Romæ in Lateranensi Ecclesia monumento: quas mensas abusuè aras etiam & altaria passim nominant, adeò quidem ut & in Ægypto sub Athanasio lignæ illæ mensæ permanserint, ut ex calumnia Ischyrae apparet, & in Africa sub Augustino, sicut tum ex aliis locis constare potest, tum ex eo quod in Quæst. Vct. & No. Testamenti, quæst. 101. officium esse Diaconi portare altare, testatur. Tamē lapideas etiam aras nonnullis locis fuisse multis ante seculis constitutas, quām vlla fieret *σειρήνη μαρτος* illius mētio, probare licet ex Nysseno in oratione de baptismate: cuius rei auctor fuisse Syluester Constantini magni temporibus existinatur, hoc testante inter cæteros Gersone libro contra Floretum quarto. Sed hæc age condonetur D. Andreæ *avagopnia*, ut & illud quod somniant Christum cum discipulis humi discubuisse, nec mensa vsum esse. Ridiculè id quidem, quum veteres satis conster, non humi sed super discubitorios lectoris, & quidem ad mensam accubuisse. Sed quod dixi, arrepiam fuisse paulatim à Satana inuinchendi illius horrendi sceleris occasionem, minimè inanis est conjectura, quum altarium proprius & præcipius vlus fuerit Sacrificium: quod considerantes olim Istrælitæ, parvum absuit quin horrendum inde civile bellum inter illos exoriretur. Ios. 22. Quinam igitur verè dixerit D. Andreas, Sacrificium altaria, non altaria sacrificium peperisse?

THE-



THESES D. D. VVIRTEMB. DE
BAPTISMO.

Extra controuersiam posita.

I.

Baptismum aqua & verbo Dei constare.

RESP. TH. BEZÆ AD THESES D.D. VVIRTEM
de Baptismo.

Antithesis 1. Th. Beze.



EQVIRIMVS in hac thesi
præcipuam huius Sacrameti par-
tem prætermissem, nempe i san-
guinem CHRISTI, ²cuius si-
gnum Sacrametale est aqua.³ Mi-
nimè autem præermitti debuisse dicimus, ef-
fentiales eius sacræ actionis ritus ab Apostolo
explicatos, Rom. 6.4. & 5. Col. 2. ver. 12.

*Annotationes, marginales D. Iac. Andreae, qui-
bus ad Theses D. Bezæ
post absolutum colloquio
exhibitæ breviter respon-
decunt.*

1. Quum ea ab initio
exponere visum esset,
quæ extra omnem con-
trouersiam essent, & ne-
gari non possent: gene-

- raliter quoque prima Thesis posita est, Baptismum aqua & verbo Dei constare.
Vocabulo autem, VERBI DEI inclusum est, quod hic desiderant aduersarij: vide-
lacet non sine sanguine Christi ablutionem à peccatis fieri.
2. Aqua non significat sanguinem Christi, sed organum est, per quod in sanguini-
ne Christi, virtute Spiritus Sancti à peccatis abluimur, regeneramur, renouamur:
3. Ritus essentialis etiam in verbo Dei comprehensus est, Baptizate. Ideo sine
causa reprehendimur, quasi à nobis omissus esset.

Responsio Th. Beze ad marginales observationes D. Andreae.

*Aquam & Sanguinem Christi esse propriæ essentialæ partes
Baptismi, ut signum & signatum.*

Ad 1.

Canterius certè, quod aiunt, in limine. Quantu[m] sit enim momen-
ti, in controuersia de Sacramentis, recta partium essentialium, ex
quibus constat declaratio, vel illud ostendit, quod non potest per-
nicio[s]us in hoc argamēto errari, quām si signū, vel quod est signi-
confundatur cum eo quod est signati, vel contrā. Istud autem quod
hic de Baptismo dicitur, quām multis modis non recte dicitur.
Nam quoquo modo Verbum accipias, id est, siue pro ipsa institu-
tionis Domini explicatione verbali, quæ præire actioni consuevit,
vt quid ibi, quo auctore geratur, & quæ sit promissio in quam fides
respicit, omnes intelligent: siue pro ipsa præcipua Baptisni formu-
la diuinitùs præscripta, Signum fuerit, ordinationem & volunta-
tem Dei significans, sicut inueniuntur quæ eloquimur, vt animi

F. j.

conceptus declararentur, Aqua verò itidem necessariò nullam nisi signi rationem habet, & quidem vel maximè propriè, vt pote materialis & visibilis. In hac igitur D. Andreæ partitione, nulla ne tenuissima quidem facta fuerit istius primariæ Sacramentorum essentialis partis, nempe rei significatæ mentio, cuius tamen causa, res alioqui naturalis ad aliud penitus vsum transfertur, ex illo Augustini dicto, In Sacramentis (id est signis) non quid sint, sed quid significant spectatur. Et quibus nos clamoribus exagitaret D. Andreas, si Cœnæ Domini partes essentiales diceremus, Verbum, & panem ac vinum, præteritis corpore & sanguine Domini, quibus vnis tamē illi, (quoties ipsis placet, idque certè non rectè) Cœnam Domini definiunt: Deinde cur alia maximi momenti signa in hac partitione prætermittuntur? Ritus videlicet externi, putè immersio, sive aspersio, ritus & ipsi minimè inanes, vt per partes describit Apostolus Röm. 6. vnde certum est exortas illas quoque Apostolicas phrases, Expoliare veterem hominem, & Christum induere. Et Baptismum esse regenerationis lauacrum, &, Baptismo ablui peccata: &, Renasci ex Aqua. Iustissimis igitur de causis quæsiui, cur & alteram Baptismi partem Essentialē, sanguinē Christi nimirum, & Sacmentales ritus prætermiserit: quæ respondens D. Andreas appellatione *Verbi* comprehendī, Sophistam agit manifestè. Nam & aqua verbo Dei præcipitur. Quod autem ait Augustinus, & quidem rectè, *Accedit verbum ad elementum & fit Sacramentum*, aliò spectare quād ad id de quo agimus, vel ex eo liquet, quod ibi, vt alibi apud hunc scriptorem sèpissimè, Sacramenti vox ad sola signa sacra restringitur: sic Augustino declarante, non partes essentiales vel componentes ex quibus constat Baptismus, sed qua ratione, nempe ex Dei ordinatione per verbum declarata, res communes, qualis est aqua & aspersio externa in Baptismo, & panis ac vinum cum ritibus Cœnæ Domini peculiaribus, ad res sacras significandas & obsignandas adhibeantur. Nihil autem hic comodè respondere D. Andream voluisse minimè mirum est, vt qui, sicut mox audiemus, per aquam fateri nolit sanguinem Domini significari, & Baptismi in internū & externum partitionem expresse insicierit: denique ipsam Spiritus Sancti personam contendat esse Baptismi partem pag. 441. vt hic merito disputationem abrumperet potuerim, ac fortassis etiam debuerim, quum omnes fateantur aduersis negantem principia non esse disputandum. Ego verò, a sensuris mihi, sicuti spero, omnibus, non dubito affirmare Baptismum, sicut Eucharistiam, atque ad eum Sacramenta in genere omnia, constare re terrena & re cœlesti: quæ sunt in Baptismo quidem, aqua & Christi sanguis, quibus *νερ' ἀναλογιαν* respondent, Ablutio peccatorum per sanguinem Christi ac Renouatio, cœlestis & interna.

Aquam

Aquam Baptisini esse signum sanguinis Christi pro nobis effus, & eius aqua affusionem, signum applicationis eius sanguinis, tum ad remissionem peccatorum, tum ad spiritualem regenerationem.

Ad 2. Audi, Christiane lector, aliud multò etiā absurdius, negantem videlicet D. Andream per Aquam Baptismi sanguinem Christi significari. Nam ex his duobus alterum necesse est, aquam videlicet aut aliquid, aut nihil significare, id est, signi rationem, vel habere, vel non habere. Quod si nihil significat, ne signum quidem est: quo posito, quid tandem visibile & materiatum in Baptismo ponetur, cui hæc definitio conueniat qua dicitur, Sacramentum esse visibile signum inuisibilis gratiae, & in quo aliud videatur, aliud intelligatur? Aperte igitur neget D. Andreas, Baptismum esse Sacramētū. Si vero aqua Baptismi signū est alicuius rei, per quam abluamur à peccatis, quænam illa res alia esse potest quàm sanguis ille cuius vnius: per fidem apprehensione peccatum omne eluitur? Et nisi ita esse statuamus, quinam externa immersio & emersio internam veteris hominis mortificationem, & noui instaurationem, Apostolo teste, visibili signo repræsentarint? Sed audiamus, si aqua nō est signum in Baptismo, ut pote quæ nihil significet, quid igitur illam esse velit D. Andreas, Est, inquit, organū & instrumentū per quod in sanguine Christi virtute Sp. Sancti à peccatis absoluimur, regeneramur, renouamur. Deus bone, quod tandem homines abripit rixandi libido! Num enim, quæso, organum sive instrumentum esse negamus aquam Baptismi, quum illam esse dicimus signum visibile diuinitus ordinatum, quo menti nostræ repræsentatur verus ille pro nobis effusus sanguis, non vt inane spectaculum, sed vt eius per fidem apprehensione, & Spirituali applicatione, tum remissio peccatorum, tum imaginis Dei renouatio in nobis re ipsa faniatur? Quod si non bismcum sentit D. Andreas, cur non potius quàm nobiscum litiget mancam illam fuisse suam Thesin ingenuè agnoscit? & cur illi potius placet ὄμώνυμος organi appellatio? Nam alioqui totidem erunt Sacra menta constituenda in Ecclesia Dei, quot sunt instrumenta les nostræ salutis causæ. Sed aliud in hac homonymia latet de quo dicemus etiam suo loco. Sed age, D. Andream primū cum Herbrādo collega suo, deinde secum hic committamus, qui pag. Compendij Theolog. 583. Veteres, inquit, voce Sacramenti interdum sicut signum & rem Signatam significant, interdum signo ratiōnē illam tribuant. & pag. 584. Elementum est signum gratie Dei. Et ipse horū Actorum. pag. 172. Sacramēta signa esse nemo unquam negauit. Excipiat igitur D. Andreas se ipsum. Et huius ipsius Collationis pag. 545. In Baptismo non tantum significatur & repræsentatur adoptio, sed etiam exhibetur. Et

quis nostrum aliter de Sacramentali significatione loquitur? Quod si adoptio in Baptismo significatur, certè negandum non fuit; aqua significari sanguinem illum quo reconciliati adoptamur. Sed bene est, quod tandem ad se rediens. pag. 456. *Quod ad significationem, inquit, artinet, seu representationem, si partes Baptismi inter se conferantur, suo modo ferre possumus, quod aqua signum sanguinis, & aspersio eius seu immersio, dici possit spiritualis mortificationis & regenerationis significatio seu representatio. Verum hæc aqua & eius nuda assertio, non est Baptismus sed pars duntaxat Baptismi. Benè est ergo quod continentem & scipsum redarguentem reum habemus. Sed istud quossum & in quos dicitur, aquam non esse Baptismum? Num enim iste putat nos usque adeò ineptire, ut alicuius totius partem sentiamus esse ipsum Totum cuius pars est? Et quum aquam dicimus esse signum sanguinis, annon ab utraque parte Totum ipsam, ut unum integrum ex signo & signato compositum, declaramus?*

*Baptinum esse quidem unum συώλως consideratum: duplēm vero,
κατὰ μέρη: unum videlicet externum, propriè sic dictum:
alterum vero internum, sic translatiōe vocatum.*

Sed hoc certè, nisi ridiculè, inficiari non potest D. Andreas, Baptismi voce propriè externam & corpoream immersionem in aqua significari, que vox postea, propter sacramentalē coniunctiōnē, figuratè ad testandam nobis Spiritualē vim mortis Christi, animæ nostræ sordibus tollēdis adhibitam, transfertur: vt & abolitio corporis exterior ad animæ à peccato repurgationē nō potest, nisi metaphoricè, accommodari. Nā duobus istis signis externis distinctè consideratis, quamuis quod ad Deū attinet coniunctum semper præbitis, nempe aquæ & exteruæ aspersioni, duo ista signata correlatiuè respondēt, sanguis Christi, siue Christus ipse pro nobis passus, & interna eius per fidē applicatio: vnde & ista duo itidē correlativa effecta consequuntur, nempe ablutio externa sordium corporis, & interna ab aliis animæ sordibus repurgatio. Itaq; quū inter disputandū, vt habetur pag. 438. D. Andreā audiret quasi altis cothurnis ἐμβατίουντα, & hac magnifica præfatione vtentē, *Ego non meis, sed Apostoli Pauli verbis respondere volo, qui ad Ephes. sic scribit, Vnum Dominus, una fides, unum baptisma: deinde sic colligere, Manifestum esse ex Pauli verbis unum tantum esse baptismum & non duos, Internorem & exteriorem, quod etiam passim postea repetere disertis verbis ipsum non puduit: quum hæc, inquam, audirem, valde sum admiratus, cuiquam venire in mentem potuisse, vt putaret quod in duo distribuitur, in totidem tota secari. Num enim, queso, vnum hominem in duos homines diuidimus, quum ex duobus componi animas plures numero esse sentimus, quum hominem interiorem & ex-*

& exteriorem, ut loquuntur Paulus & Petrus, in uno eodemque subiecto consideramus? Respondet autem illa corporis & animæ distributio ad amissim istis Baptisimi, imò etiam omnium Sacramentorum partibus essentialibus, quum, ut rectè inquit Augustinus, in iis aliud videatur, aliud intelligatur, & in iis non quid sicut, sed quid significant spectetur. Annon enim, quælo, id quod sunt & quod videtur, visibile est & externum? Quod autem significant & quod intelligitur, annon est intelligibile & internum? Itaque signa quidem ut corporea sunt, corporibus rem autem signatam, id est Christum ipsum cum suis beneficiis, menti & fidei præberi rectè & Orthodoxè dicimus, teste ipso quoque Augustino, qui Christum ipsum testatur, non esse Dentis, sed Mentis cibum (ac proinde lauacrum) mente videlicet non corpore sumendum. quamvis totum hominem Spiritualiter & lanet & pascat ad spiritualem vitam. Sed quoniam ne istis quidem fortassis D. Andreas acquiesceret, age rursum illū cum suis, sed hac in re sanioribus, conferamus. Sic igitur Herbrandus eiusdem à me citati libri pag. 640. ad illud ipsum ineptissimum ac planè ridiculum argumentum ex professo respondens, *Etsi unus est,* (inquit) *Baptismus Ephes. 4. tamen trifariam accipitur. Primum, EXTERNS aqua. Secundò est Baptismus Christi INTERNVS, quo corda ab ipso per Spiritum Sanctum à fôrdibus peccatorum abluantur, & donantur homines Spiritu Sancto. Et hic solus est Christi proprius. Et hic coniunctus est EXTERNO perquæ & sit. Tertius miraculosus effusus super Apostolos in die Pentecostes. Audiamus etiam D. Brentium. Is in sui syntagmatis explicatione, edita anno Domini 1527. *Duplex,* inquit, *est homo, Internus & Externus, spiritualis & carnalis* (id est corporeus) *proinde in sacramento offertur per verbum interno & spirituali homini suum donum, hoc est spirituale. Carnali autem suum, hoc est exterum.* Item. *Baptismus duo habet, aquam & verbum. Corpus in Baptismo aquam sensibiliter accipit quo l'auatur: Fides verbum, quo lauatur internus homo.**

At cur non potius sanguinem, ut rem signatā, D. Brentius quām verbum cum Aqua ut signo compositū? Nēpe (ut loquitur D. Andreas pag. 445.) quoniā non dixit Dominus, de Aqua, Hoc est sanguis meus, sicut de vino Cœnæ Domini. Atqui non dixit etiam Christus de aqua, Hec est verbum, neque Hec est spiritus. Sed quid si euincam satis manifestè ex Dei verbo Aqua Baptisimi ex adverso ut signo respondere Sanguinem, ut rem sacramentaliter & significatam & spiritualiter fide percipiendam? Nam cui tandem ex geminis illis noui fœderis sacramentis respondet legalis illa sanguinis viëtimarum veteris fœderis asperfio tam copiose explicata. Hebr. 9. 20. cuius hæc fuit formula, Hic est sanguis ille de quo mandatum dedit ad vos Dominus? Certè Baptismo. Nam ad Cœnæ Domini sacramentum ille ritus referri *avoloyws*

non potest: quod aliud sit. *Affergere* quād edendū vel bibendū dāre: quod fieri sub lege non poterat, quum neq; carnem cū sanguine comedere, neque sanguine etiam ipso vesci fas esset: hoc ipso quoque indicante quanto sint clariora noui fcederis quād veteris Sacramenta. Fuerit-ne verò ille legalis sanguis victimæ, absque noui non antitypo, quod est aqua, sed re, quod est sanguis ipse Domini? Præterea quod̄ ioan. 1. Ioh. 5. 8. tres testes illos in terra collocans, sanguinē nominatim aquæ adiungat, & quidem vtrumque à Spiritu, ipso videlicet Sacramentorum effectu, non separatum quidem, sed distinctum, annon satis exprestè aquam Baptismi declarat esse Christi sanguinis Sacramentum, quo tum expiamur, tum renouamur. vt non immeritò scripsiterit August. Sacramēta Ecclesiæ Christi ex ipsius latere perfollo, & sanguinem cum aqua fundente, veluti promanasse, vt pote quæ ab ipso omnē illam Sacramentorū & appellationem & vim accipient. Denique ista exceptio, non dici de Baptismi aqua, sicut de vino Cœna Domini, quod̄ sit Christi sanguis, mera est tergiuersatio, & Sophisticam effugium. Nam inter veros Theologos perpetuum est hoc axioma, pro exprestè scriptis haberi quæ ex verbo scripto necessariò colliguntur. Quum autem, vt analogia, in Sacramentis, necessariò August. teste, retinenda, servetur, Aqua ipsa neque internam aspersionem, neque internam ipsam ablutionem, neque eius effectum, id est regenerationem significare propriè possit, sed distinctè ablution externa, internæ: & corporis mundatio, quæ est ablutionis externæ effectū, internæ mundationi animaliæ respondeat, necessariò quoque internum aliquid signatum Aquæ respondeat oportet. Illud autem quidnam aliud esse potest, quād sanguis ille qui unus tollit peccata mundi? Sic in Domini Cœna, Pani sacro respōdet Christi corpus, illi sacro vino, sanguis: itidēmque perceptio corporalis panis & vini, Spiritualem carnis & sanguinis perceptionem fidelj menti repræsentat, & in ea obsignat: ac demum mutua fidelium & cum Christo & inter se *concordia*, quæ perceptionem illam ut effectum consequitur, internam cum capite Christo & mystici inter se corporis membrorum *concordia*, arque adeò *concordia* Spiritualem, quasi visibiliter spectandam præbet. Itaque quum Baptismus Aquæ, dicitur Regenerationis lauacrum, et si non exprimitur sanguinis nomen, sicut nec lauaci interni, vrruque tamen pro expresso habetur: sanguis videlicet, Aquæ: respondens ex aduerso lauacrum autem internum externo, vt tandem effectum internum, nempe Regeneratione verè, licet Sacramentali significatione, tum Aquæ, tum lauacro externo tribuatur, vt pote quæ propriè Dei sit unius opus.

Rectè igitur partes essentiales Baptismi, & ipsius materiam esse dixi, Aquam, vt rem terrenam, & Christi sanguinē, vt rem celestē: & rectè actionem hominis externam, quæ est Baptismus externus, cum

cum interna Spiritus, quæ est Baptismus internus composui, quæ male inficiatur D. Andreas: neque inde efficitur duos esse Totos Baptismos, sed vnius totius duas partes. Dico etiam amplius quidam, quod negari nisi perniciaciter non potest: nempe sic esse semper coniunctas istas partes quod ad Deum ipsum loquentem attinet, ut & tamen res signata absq; illo signo, & signum absq; re illa signata interdum percipiatur: sicut suo loco docebo. Sed & idem D. Andreas, locum illum Apostoli Ephes. 4.5. de uno Baptismate, manifestè detorquet ad tollendam interni & externi Baptismi distinctionem, iphius tum Iohannis Baptiste, tum Apostoli Petri verbis velut ex professo repugnans. Iohannes enim Baptista disertis verbis & duos baptisatores, se videlicet & Christum: & duplificem Baptismum, vnum quidem aquæ, (id est tertenum & extenu), alterum Spiritus, id est Spiritualem & caelestem, et si non separatim quasi duo Tota, tamen distinctè ponit & numerat. Petrus autem 1. Petr. 3.21. non minùs expressè Baptismum, quo corporis formæ abluntur, à Baptismo stipulationis bonæ conscientiæ apud Deum per resurrectionem Iesu Christi, itidem non separat sed distinguiri. Paulus vero pios (quales non quidem sunt necessariò, sed probabiliter præsumuntur omnes ritè baptisati) ad colendam mutuam fraternitatē, occasione ex uno itidem baptismate arrepta, excitans, minimè considerauit signi & rei significatiæ, siue essentia- lium Baptismi partium distinctionem, sed eiusdem in eundem fidem confociationis tesseram eandem, non vnam quidem numero (totidem enim sunt Baptismi numero quot sunt numero baptisa- ti) sed definitione & omnibus ipsius causis ac partibus eandem, si- cut alibi dicit nos per vnum Spiritum in vnum corpus (videlicet mysticū cuius caput est Christus) baptisari. Hoc ego vero quum D. Andreæ obiecsem, pleniùs, quod affirmare audeo, & clarus quām ipsius amanuenses exceperint: tū ille p. 440. Apie, inquit, hac à me esse citata res ipsa demonstrat. Et vt ista aptram citationē probet, Non enim queritur, inquit, quò Paulus respexerit, & in quæ finē hac scripsicerit. Sed hoc sufficit quod dixerit, VNUM ESSE BAPTISMA. Obsecro vero quid hoc homine facias, qui vt se ineptum non fuisse demon- streret, suas ineptias ausit non tantum voce sed etiam scriptis testari? Quid est enim inepte locum aliquem citare, quām quum de dicti a- licuius sententia disputatur, dicere nullam habendā rationē, quorū sum illud dictū vel scriptū à quopiā fuerit? Audiatur ergo Eutyches, citans illud, Verbum caro factū est: & Sabellius proferens, Deus unus est: & Arius vociferans, Pater maior me est: & quid non? Baptismū au- tem à nobis minimè in duo Tota secari, qui eius partes distinguimus, etiam si singulis partibus idem nomen atque ipsi roti, diuer- sa tamen notatione, ex vīta scripturæ tribuimus, antea declarauimus, vnde patesit ipsius calumnia pag. 447. qua dicit, Spiritum à no-

bis in Baptismo diuelli & separari, quod si verè dicit, sunto igitur Iohannes & Petrus eiusdem sceleris rei: vel ipse potius talis habeatur, qualis habéodus est cui vnum & idem sunt Distinctio & Separatio.

Quid sit typus & artilutus?

Istud autem cuiusmodi est, quòd quum ei obiecisset Petri locū in quo sacrū baptismum duplē facit, vnum videlicet extēnum, quo corporis sordes abluuntur, alterum qui est stipulatio bonæ conscientiæ per resurrectionem Christi, nempe internum: respondeat pag. 449. hunc Petri locum contrā me facere ex diametro. Cedo curnam? Quoniam, inquit, Petrus ibi confert aquæ baptismum artitutus aqua diluuij. Quid tuin vero? Sit baptismus sanè artitutus diluicio. Nihil hoc ad rem. Nam hanc partem huius versiculi. i. Petr. 3. 21. non attingo: sed hoc dico baptismina quo seruamur, & quod hac ratione dicitur à Petro artitutus aquarum diluuij, in quibus seruatū est Noachus cum suis, id est Ecclesia, postea duplē à Petro statui, quod negare nemo potest quin ipso contextu refellatur. Per baptismum enim quo sordes corporis abluuntur, aquas diluuij intelligere quis possit, nisi qui contendat Noachum cum suis fuisse aquis diluuij immersum: quum è contrario ista antithesis in eo sit, quòd Noachus cum suis istis aquis non fuerit immersus ut ceteri homines, sed contrà seruatus, vt & aqua Baptismi veterem hominē obruit vt emergat nouus? Ne tamen nihil dicere videretur D. Andreas, audiamus quid responderit, τύποι, inquit, adumbrationem rei, artitutus autem rem typo significatam indicat. Et pag. 450. In Sacramentis, inquit, noui Testamenti non sunt τύποι, hoc est figure & umbra qua res absentes significant, sed artitutus, id est res ipsa umbris & figuris significata & representata. At vnde tandem hoc iste didicit? τύποι certè translatione ab effigiatibus sumpta, formulam seu figuram declarat, vel oculis, vel menti, vel & illis & isti quidpiam aliud similitudine quadam repräsentantem, quo sensu Apostolus in epistola ad Hebreos vtitur etiam παραβολῆς & ὑπὸ σηματος nominibus: quæ voces ersi latius patent quam Sacraenta quæ vocamus, id est signa quæ sacro demum usui aptentur, & salutis promissionem habeant adiunctionem: τύποι tamen interdum Sacramenta, tum vetera, tum nova, vt & figuræ, formæ, sigilla, Signacula, Similitudines, Exemplaria, Imagines, Recordationes, Memoriae à veteribus Græcis & Latinis patribus appellantur. Et ne queri possit, D. Andreas typos à me non rectè dici Noui fœderis Sacraenta, audiat Herbrandum ipsum sic scribentem pag. 386. quum antea euangelicis usus esset signorum & notarum vocibus, Typisunt quin nos admonent de multis vita officiis. Baptismus de carnis mortificatione. Cœna Domini de fraterna charitate. At cur non etiam typi fuerint pro-

promissionum Euangelicarum? Nam etiam Typi vox expressius a-
liquid declarat quā Signi, vel Notæ, vel Testimonij appellatio.
Nec tamen nego sub vetere fœdere, non omnes typos fuisse signa
cuiusmodi sunt quæ Sacraenta vocamus, annexam habentia
gratiæ saluificaæ promissionem: sed tamen typorum & antitypo-
rum nomen affirmo his ipsis Sacramentis & veteribus & nouis
conuenire propter communem, et si non eandem in omnibus, nec
parem in similibus significandi rationem. *avt̄it̄ūta* verò sive *avt̄it̄ūta*,
avt̄it̄ūta, vocantur propriè quidem, ut ipsa notatio nominis ostendit,
typi duo inter se comparati: impropiè verò typi ex aduerso re-
pondentes rei cuius typi & figuræ sunt. Illo significationis propriè
genere, Baptisma dicitur à Petro *avt̄it̄ūta* Diluuij: & vicissim di-
luiuum potest eadem proorsus ratione *avt̄it̄ūta* baptismatis dici:
illud quidem, quoniam per aquā diluuij, qua seruata fuit arca cum
Noacho & ipsis liberis inclusis, fuit imago & similitudo quædam
baptisma representans: istud verò, quoniam vicissim baptismata fuit
diluuiio representatum, typus utrobique typo oppositus, quam ap-
pellationem Herbrandus ipse, ut modò dixi, non dubitat post ve-
teres tribuere, tum baptismo, tum Cœnæ Domini. Sic etiam puri-
ficationes Legales baptismatis nostri, & legalis Cœna Paschæ, dici
non incommodè possunt fuisse Cœnæ Domini *avt̄it̄ūta*. Impro-
priæ verò illius significationis, in qua typus non cum altero typo,
sed cum ipsa rei per typum significata veritate comparatur, exem-
plum nobis suppeditat Apostolus Heb. 9. 24. Sacratum manu fa-
ctum vocans *avt̄it̄ūta* τέλειωσιν, nempe Cœli: & veteres Græci
Theologi, Clemens, Basilius, Macarius, Eutychius, panem illum
& vinum illud vocantes *avt̄it̄ūta* corporis & sanguinis Domini;
quo sensu rectè quoque Mannam quidem veri illius cœlestis panis,
qui est Christus ipse, Agnum verò Phase veri illius Agni *avt̄it̄ūta*
vocauerimus. At nequaquam vel Cœlos sacrarij manufacti, vel car-
nem & sanguinem Domini nisi ineptissimè dixerimus esse *avt̄it̄ūta*
panis & vini illius, vel panem illum cœlestem Mannæ, vel Ag-
num illū fuisse Agni legalis *avt̄it̄ūta*: quum nec Cœli, nec caro illa
vel sanguis ille, vel panis ille cœlestis, vel Agnus ille tollens peccata
mudi, habeat typi rationē. Vana igitur est Chimæra quod dixit D.
Andreas, *avt̄it̄ūta* vocari, non aliū typū, sed rem typo significata.
Et quod attinet ad veterum & nouorum *avt̄it̄ūta* collationē, fa-
teor illa quidem vocari οὐδὲ, nostra verò *εἰκὼνας*, at non eo sensu
quo D. Andreas existimat: nec istud sanè quicquam ad rem facit.
Nam si nomine *εἰκὼνας* Sacraenta noua intelligas, per umbras au-
tem vetera: hæc inter se vicissim erunt *avt̄it̄ūta*, quæ veritatem, id
est Iesum Christum, & eius beneficia efficaciter repræsentarint: sed
illa quidem obscurius & quasi rudi delineatione: ista verò clarius
& expressius, re alio qui, ut loquitur Augustinus, paria: utrobique

videlicet eodem Christo cum omnibus suis beneficiis sacramentaliter sed non aequaliter representato, quemadmodum Chrysostomus, elegantissimilitudine, homilia peculiariter in illum Apostoli locum 1. Corinth. 10. declarat. Sin vero nomine τῶν εἰνόνων, ipsum Christum, & que nostri causa praestitit, (vtitur enim plurali numero Apostolus) accipias, cui opponantur ymbrae, num idcirco probauerit suum illud commentum D. Andreas?

Circumcisionem quoque nat. à Υέρη fuisse duplicem.

Non est autem mihi pretermittendum hoc loco istud quoque, ex quo intelligatur quod tandem disputatores abducatur pertinacia. Ut Baptismi distinctionem in internum & externum tuerer, bis obieci D. Andreas eandem Circumcisionis, quæ verum est Baptismi αὐτιτύτος, distinctionem ab Apostolo bis expressam, nempe Rom. 2. ver. 28. & 29. & Colossens. 2. ii. in Circumcisionem carnis, literæ, manufactam: & Circumcisionem cordis, Spiritus, & αὐτεπωσυνής, id est in summa internam & externam: unde etiam duplex Iudeus constituitur ab Apostolo, unus videlicet in propositulo, id est foris duxit, alter vero in occulto, id est intus. Quid autem ad hæc D. Andreas? Priore loco pag. 450. aperte ausus est respondere Sophisticè, *Non esse duas Circumcisiones, sed unam tantum quam Deus Abraham commendauit, pro eo quod, ut apposite responderet, pro duabus Circumcisionibus, duplē Circumcisionem dicere debuit, ad quod ego brevibus tunc respondi.* (Quid enim aliud agerem cum eo qui Apostolo aperte contradiceret?) Sed meum responsum integrum prætermiserunt, aut saltem edere noluerunt ipsius amanuenses. Idem autem argumentum alia oblata occasione, quum illi reposuisse pleniū expositū, quo loco rursus ipsius amanuenses, quod ex Colossens. 2. de Circumcisione non manu facta dixi, eadem fide qua alia non pauca omiserunt: tum ipse pag. 473. memor fortasse prioris illius mei responsi, negavit Paulum duplē Circumcisionem facere, sed abusum Circumcisionis in Iudeis reprehendere, qui abiecto Christo gloriabantur se propter Circumcisionem esse in gratia & populum Dei. Est autem hoc responsum non tantum fallum, verum etiam ridiculum. Ridiculum est ex eo constat, quod nullus possit esse huic reprehendendo abusui locus, nisi posita hac ipsa duplice Circumcisione, quam ipse negat, sed ita ut illam negando ponat, una, quam manifeste Paulus in propositulo, in carne, in externo signo humanitatis administrato constituit, id est externas, cui salutem suam Iudei alligabant, ut & Pontificii, & D. Andreas, externo baptismo; altera quā dicit Apostolus esse cordis & Spiritus, & nullis hominum manibus praestari, quibus vocabulis quā tandem, salua veritate, negare potest Circumcisionē internam declarari?

Aio igitur hoc responso D. Andream, Paulo manifestè contradicente, seipsum satis refellere, vt qui interius aliquid & Spirituale, (quod tamen non audet Circumcisionem cordis vocare) carnali & externo oppositum statuere cogatur. Sed quid præterea Moses respondebit, per quem Deus distinctis duobus temporibus & locis duplē illam Circumcisionem mandauit, externam vide-
 licet carnis, Exod.12.48. Leuit.12.3. internam autem cordis, Deut.
10. 16. Falsam autem & minimè consentaneam huius loci explicationem à D. Andrea adferri, facile indicabit quisquis disputationis Pauli seriem attente considerabit. Etsi enim verum est, non potuisse veros Iudæos intus nisi in Christo & per Christi Spiritum Circumcidì quandiu valuit Circumcisio: Paulus tamen ante Rom.
 3.21. neque de Christo, neque de Iustitia fidei adhuc dissenserit, sed à Rom.1. ver. 18. exorsus est disputationem, quamcum Gentes, tum Iudæos, Legis siue operum iustitiam sectantes, petitio ex ipsa, tum Legis, tum Mosis natura argumento redarguit, quoniam videlicet omnes sint Legis transgressores. Lex autem neminem habeat prædictum præter eos vnos qui ex ipsius præscripto viuant: vnde tandem meritò colligit, tantum abesse ut vel Gentes Lex naturæ, vel Iudæos Lex Moralis aut Ceremonialis apud Deum iustificet, ut & illas & istos è contrario maledictioni Legislatoris addicat. Quod quum ita sit, petendam esse necessariò docet Iustitiam & vitam ex Christo uno per Euangelium patrefacto, & per fidem apprehenso, sicut postea plurimis inuidis argumentis, ac præsertim Abrahæ patris credentium exemplo probat. Circumcisionem autem Paulus cap.4. proponens pro iustitiae fidei sigillo in Abrahamo, & versus omnibus Abrahæ filiis iam illam non, ut in capite 2. pro syngrapha ad perfectam legis præstationem Iudæos obligante, ac proinde in illorum exitium cedente: sed ut fœderis Euangelici veteris, pignus & tesseram, credentibus circumcisio salutarem proponit. Hic est autem alter totius ceremonialis Legis scopus à superiore prorsus diuersus, immo illi repugnans, sicut ῥητορες iustitiae fidei contradicit chirographo mortis, quod tamè vtrumque de Circumcisione dicitur, illud videlicet Rom.4.11. istud vero Colossens. 2.14.

*Spiritum sanctum non recte dici baptismi partem, ne sequidem
 pro ipsis in baptisatis effectis accipiatur.*

Edage, alio progredamur. Siue diffidens illi sua distributioni Spantium Substantialium Baptismi, siue suo more à seipso dissidens. D. Andreas, in eo tamen errore constans, quod Baptismum distinguiri in exteriorem & interiorem non patitur, (quod perinde esse ostendimus ac si Baptismum Sacramentum esse negaret,) aliam distributionem in collocutione inculcauit, his verbis, pag. 439. Sub-

stantia Baptismi constat Aqua & Spiritu. Et pag. 440. Hec sunt Substantialia Baptismi. Et pag. 441. Spiritus Sanctus tanquam principalis & substantialis pars Baptismi, (si ita loqui licet) in verbo comprehensus est & inclusus. In quibus verbis nequis existimet emolliatum vocabulum (P A R T I S,) illo vocabulo T A N Q V A M, & illa parenthesi interiecta, obseruet lector, aliter se rem habere, & adiecta illa ad emolliendam inclusionis vocem, nec aliossum, ut qui cursum sic loquatur pag. 442. In Baptismo rem Sacramenti dicimus Spiritum Sanctum esse. Et pag. 443. Unus est tantum Baptismus re interna & externa videlicet Aqua & Spiritu constans. Item pag. 450. Panes substanciales Cœna Domini expressæ, & verbo Testamenti Christi coniunctæ sunt, Panis & corpus, vinum & sanguis: sic etiam Aqua & Spiritus in Baptismo. Nunc igitur in ista disquiramus, quibus vix quicquam dici posse absurdius affirmo, non quod negem nullas esse Spiritus Sancti partes in Baptismo, (quū ab eo potius ut à propria & summa efficiente causa promanet omnis & simplicis prædicati Verbi & Sacramentorum efficacia,) sed quod absurdissimè dicatur Spiritus Sanctus pars esse ipsius Baptismi. Quis enim vñquam præter Manichæos, aut alios eiusmodi insanos homines, Deum ascivit in ullam vlli rei creatæ partem? Imò quām raro cōtingit, (si quando id contingit,) vt vna res & eadem diuerso respectu rationem partis rei effectæ & simul efficientis causæ sustineat? adeò quidem ut propterea teneatur in scholis hæc sententia, quod anima quidem formaliter corpus vivificet, Deus autem effectuè. Et hæc quidem vel vnicaratio sufficit euertendo isti D. Andreæ dogmati, quod etiam si illi concederem, sic tamen ipsiusmet verbis continetur perperam ab ipso negari illam Baptismi distinctionem in interiorē, & exteriorē quod ipse quoq; cōmunis sensus renūiat, ipso, ut modò diximus pag. 443, testificare aliam esse rem externā, aliam internā in uno & eodem Baptismo. Hinc enim necessariò cōsequitur suam cuique illi rei actionem assignandam, externam videlicet Aquam, & internam Spiritus: quæ duæ numero actiones natura ipsa diuersa, non possunt vñica Baptismi appellatione significari vna & eadem definitione: vnde cōsequitur, quod & ipsa nominis notatio declarat, propriè Baptismum de Aqua dici siue aspersa, siue cui immergatur quispiam, figuratè verò ad Spiritum & internam Actionem accommodari: quemadmodum etiam necessariò in Cœna Domini nonnisi figuratè Manducandi & Bibendi voces ad fidelem mentem transferuntur, quam propriè sint corporis actiones. Sed & idem de obiectis istarum duarum actionū, siue subiectis in quibus versantur statuendum: sordibus videlicet corporis, Baptismo Aquæ, sordibus autem animi metaphorice quoque appellatis quæ sunt peccata, interno Spiritus Baptismo respondentibus. Idem de singulis illarum diuersarum actionum effectis iudicium est,

est, quæ sunt, sordium quidem corporis ablutio per externum A-
quæ Baptismum, peccatorum autem remissio, & hominis innoua-
tio, per internū. Operæprætium est autem illud quoque considera-
re, quām bellè hic quoque D. Andreas secum consentiat. Admonet
enim ille pag. 439, & quidem recte, effectum Baptismi, qui est regene-
ratio non esse cum Substantia Baptismi, quæ Aqua & Spiritu constet con-
fundendum. Atqui hoc illud est in quo ipsem eadem pagina pec-
car, quum ex eo quod Christus de regeneratione his verbis loqués,
Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu, Aquam cum Spiritu, &
Spiritum cum Aqua coniunxit, concludit usque adeò vnum esse
Baptismum, ut non sit unus exterior, alter interior constituendus:
non minus ineptè profecto quām si affirmaret unica numero a-
ctione perfici quicquid ad commune ~~δοκτερεία μητέρα~~ concurrit, quod
fuit Monothelitarum heresies fundamentum, riuuli ex Euty-
chianorum lacunis deducti. Atqui Christus non dixit, Nisi quis
baptisatus fuerit ex Aqua & Spiritu: qua phrasí si usus esset, sic ta-
men unica & simplex actio non intelligeretur, sed necessariò du-
plex, ut & duo baptisatores, Homo videlicet Aqua sordes corporis
abluēs, (qui sanè, velit nolit D. Andreas est externus Baptismus,) &
Christus ipse, sui Spiritus virtute ad remissionem peccatorum &
baptisati renovationem intus hominem abluens: qui etiam com-
munis est utriusque ablutionis finis, interioris videlicet ut signi,
exterioris verò ut signati. Neque nostra hæc sunt commenta, sed
sic nos loqui docuerū & Ioannes ipse Baptista. Matt. 3.11. & Petrus
1. Petr. 3.21. Sed & illud aio: perperam à D. Andrea illa Christi verba
pag. 444. & alibi ad suum illud dictum quo Aquam & Spiritum
vult esse Substantiales Baptismi partes applicari. Nam ut Christum
demos illic nomen Aquæ peculiariter ad Baptismum restringere,
(inqua re non omnes docti & Orthodoxi interpretes consen-
tiunt,) res ipsa ostendit Christum ibi minimè constituisse substan-
tiales Baptismi partes recensere, sed illius effecti, sive communis
~~δοκτερεία μητέρας~~, nempe regenerationis, duas causas præcipuas osten-
dere: Instrumentalem videlicet externam quæ sit hominis ministe-
rio & interiore ablutionis promissionem adiunctam habet: & in-
ternam, quæ est *κύριος* illius effecti *άντλιον*. Unde rursus consequitur
illa Baptismi in interiorē & exteriorē necessaria distributio.

Sed dicat hic nobis, quæso, D. Andreas, quid per Spiritus appella-
tionem intelligat, quum Baptismum dicit, ex Aqua & Spiritu
constare. Certè ipsam Sp. Sancti personam, quæ est ipsius Patris &
Filiī virtus *κύρος* & *σωτήρ* ab utroque procedens: quo etiam
sensu Iohann. 1.13. Filii Dei dicuntur ex Deo geniti. In hoc igitur iphi
assentior. At non in eo quod in eadem pagina, rationem volens
reddere cur Christus in illis verbis *Nisi quis renatus fuerit ex Aqua*
& Spiritu, nullam Patris aut Filii: nec etiam sanguinis Filii, sed tantum

Sancti Spiritus fecerit mentionem, non fuit opus, inquit, nam Pater & Filius & Sp. S. sunt unus Spiritus simplicissimus. Verè id quidem, sed minimè appositi. Nec enim illic Spiritus appellatio essentialiter, sed personaliter accipitur, ut recte & passim à veteribus hic locus aduersus Macedonianos citatur. Quod si D. Andreas illa quoque Iohannis verba, quibus dicitur ipse quidē Aqua baptisare, Christus verò Spiritu: & similes locutiones, veluti quum dicuntur. Sancti accipere Spiritum, &, pleni Spiritus S. ad ipsam Sancti Spiritus *υπόσαν* refert: valde rursus hallucinatur. Nam tribus quidem ipsis sacræ Triadis personis, quamvis diuerso respectu tribuendus est interior Baptismus. Sed aliud est Baptisari à Spiritu sive per Spiritum, quam Spiritu baptisari. Illic enim Spiritus persona notatur, hic verò ipsius intra nos operans energia, per quam creata in nobis fide, Christum nobis ad remissionem peccatorum & totius hominis renovationem applicat, sive illa iam nobis applicata obsignat. Itaque quum, ut verè scribit Herbrandus. D. Andreæ in Tübinger Ecclesia collega pag. 583. per rem sacramenti interdum substantia intelligatur. (res videlicet signata ut antea idem expressit, quam possis nucleus sacramentorum vocare, ut signa ipsum nunc putamen,) interdū verò fructus qui ex ipso sacramento percipitur: neutro modo verè dixerit D. Andreas, Spiritum ipsum sanctum esse rem Sacramenti. Fructus enim Sacrameti est regeneratio, quæ certè non est ipse Sp. sanctus, sed eius effectum ut & reliqua ipsius charis mara. Aquæ verò visibilis materia idcirco adhibita ut de ablutione à peccatis, inuisibili & spirituali nos certiores reddat, *ἀντίτιμος* necesse est ut aliud etiam quidpiam designet, cuius ea sit vis in repurganda conscientia, quæ est aquæ in fôrdibus corporis eluendis. At illud non est *αὐτὸς* Sp. sanctus, sed effusus Christi sanguis, ut ex illis quoque expressis Christi verbis liquet. *Ille*, inquit, *de meo accipiet, & annuntiabit vobis* Ioh. 16. 14. quia nō sine sanguine fit remissio peccatorum Heb. 9. 22. ut sit Deus non tantum iustificans, sed etiā ipsemet in illa ratione iustificandi iustus, Rom. 3. 16. sicut idem Sp. sanctus, in Cœna Domini nos Christo non adiungit nisi corporis & sanguinis Domini factos participes, quæ propterea quoq; sunt illa sacrorum Cœnæ Domini signorū, id est panis & vini illius.

Quibus de causis D. Andreas à SIGNI voce & à verbo significat tantopere abhorreat.

Quod si quis rogat quinam D. Andreas tantopere à signi & signata rei vocibus abhorreat, & sanguinem ipsum Christi fateri nolit esse rem cui respondeat aquæ signum, cuius loco modò Verbum, modò Spiritum sanctum ipsum substituit: hoc quoq; mysterium consubstantiationi cognatum indicabo. Videntur ergo D. An-

D. Andreæ, signi & significandi vocabula nimiū diluta, quamobtem etiam pag. 447. ter inculcat verbum ὑπαρτιῶν, EST, EST. EST explicans illud Pauli quo dicimur seruati per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus S. Tit. 3. 5. & alterum illud Ephes. 5. 26. quo dicitur Christus Ecclesiam mundasse lauacro Aquæ per Verbum: hinc etiam concludens nullam hic figuram, nullam metaphoram, nullam significationem locum habere. Quæ conclusio si vera esset, alterum ex his absurdissimis & falsissimis consequetur: nempe, vel aliquod esse Sacramentum in quo nullum sit sicutum, ac proinde nulla res signata, id est, aliquod esse definitum cui definitio sua non conueniat: vel Baptismum esse ex Sacramentorum numero expungendum. Et quis tandem ignorat non semper ὑπαρτιῶν sumi verbum EST, vrpote cui locus sit in omnibus omnium prædicamentorum enuntiatis? Nihil ergo ministeri aptè dici potuit ista oppositione verborum EST & SIGNIFICAT, sed significatio Sacramentalis à vulgari & simplici significatione fuit distinguenda, quod nos quidem sedulò facimus, quum Sacramentalibus lignis anhexam esse dicimus certam & veram promissionem, tam verè & re ipsa præbenda & fideli mente recipienda, rei significatae, putà ipsius Christi cum suis beneficiis, quām verè signa in sensus corporeos incurunt. Sed age fortius etiam D. Andream constringamus. Si verbum EST usque ad eò accipitur ὑπαρτιῶν, quodnam est illud ὑπάχον? Num ipse Spiritus Sanctus, vt modò volebat quum ipsum Spiritum Sanctum esse dicetet præcipuum Substantię Baptismi partem, quas ipsius voces antea ex pag. 439. 440. 441. 442. 443. 450. citauimus? Itaque consequetur ex D. Andreæ dogmate, si non Aquam illam in ipsummet Spiritum Sanctum transsubstantiari, saltē cum ipso Spiritu Sancto realiter & ὑπαρτιῶν consubstantiari. Et quidni, quum pag. 441. velit illum in verbo Baptismi comprehendendi & includi, quamuis illa verba vt cumque conetur emollire? Sin verò rem Sacramenti esse dicat regenerationem, hæc certè non est aliquid esse entiale ὑπάχον, ac proinde verbum illud EST, non accipietur propriè & ὑπαρτιῶν, & mutato, (quod Sophistæ solent) questionis genere à seipso redargueretur, vt qui recte monuerit pag. 439. Substantiam Baptismi, (quam esse dicit Aquam & Spiritum) cum effectu Baptismi, qui est Regeneratio, non esse confundendam. Sed quorsum plura? Veteres enim omnes patres multò etiam dilutoribus vocibus usos fuisse in explicanda sacramentorum natura negari non potest, vt ante monimus, & nostri centies millies prolatis testimoniorum myriadibus ostenderunt. Ipse verò D. Andreas significationem, representationem, visibilia & inuisibilia passim agnoscit. Sed negat significari tantum quod verbum sacramenti promittit. Negamus & nos, qua de re pleniùs mox dicemus. Sed hæc inficiatio non ad

quæstionem de re signata, sed ad usum & effectum sacramentalis significationis sive promissionis spiritualis præstationē attinet, quas duas quæstiones dum Sophistæ confundunt, controuersiam non explicant sed innoluunt. Negat etiam esse ista diuellenda. Quasi verò partium distinctio sit Totius dissolutio, vt qui caput à corpore distinguit, caput secuisse: & qui corporis & animæ, tum essentiam, tum facultates & actiones distinctè considerat, hominem interfecisse videri possit: tantum est istorum disputatorum acumen, vt animaduertere te existimo, quisquis es, Christiane Lettor. Vt autē semel de ipsis Signi & Significati vocibus, ineptā hanc disputationē absoluā, Nysseni duos locos proferā: vñ ex tractatione aduersus Iudæos, vbi differēs de Aqua & Sanguine quæ ex Domini latere profluxerunt, & Aquam & Sanguinem vt duplē materiam à Spiritu vt causa à qua utriusq; tū exterioris, tū interioris Baptismi efficacia prophanat distinguens. Summa, inquit, nostra salutis per aquam & Spiritum mysticè perficitur atque compleetur, quoniam tum per diuinum Baptisma, tum per sancti sanguinis participationē & usum consecrari nos, ac diuinitatē induere credimus. Alterum ex eiusdem de sancto Baptismate oratione, vbi Baptisma, inquit, est peccatorū expiatio, & regenerationis causa: regenerationem autem intellige eam quæ cogitatione cernitur, oculis non videtur. Et mox, Hoc autem beneficium non Aqua largitur, (esse enim omni creatura sublimior) sed Dei ordinatio, & accedens Spiritus, qui mysticè ad nostri liberationem aduenit, Aqua verò subseruit ad O S T E N D E N D A M purgationem: Quoniam enim sordibus foedatum corpus Aqua lauentes purum reddere sollemus, propterea etiam in mystica actione eam adhibemus, re sub sensu eadente, incorporeum splendorem S I G N I F I C A N T E S.

*Cur D. Andreas recusat dicere sanguinem Christi esse rem aqua
& exteriore Baptismo significatam: & quæ sit sacramen-
torum generalis forma ouatur: & parti-
cularis dispergit.*

Superest ut alterius quæstii mysterium patefaciamus: cur videbitur D. Andreas sanguinem Christi, id est Christum ipsum pronobis mortuum, sepultum & à mortuis excitatum, recusat propter Aquam significata statuere, quod mirari quispiam non immoritò posset, quum idem fateatur pag. 456. quod alibi toties negat, nempe si Baptismi partes inter se conferantur, dici posse Aquam esse sanguinem sanguinis, & eius aspersionem esse Spiritualis mortificationis & regenerationis significacionem seu representationem. Sic enim inuitus se ipsum retexere inter disputandum coactus est, & disertè agnoscere sanguinem esse alteram Baptismi partem: & quidē signatam: quia Signum absque re signata ne chimærica quidem ylla imaginatione sta-

statui potest. Res autem ita se habet. Omnis recta definitio constat ex forma *eu&atm*, quæ est genus omnibus sub eo genere speciebus communis: & forma *Eu&ptm*, quæ definitum à ceteris eiusdem generis rebus discernit. Quærentibus igitur nobis in contiouersia de Cœna Domini, de illa vtraq; ipsius forma, nos formam *eu&atm* omnium Sacramentorum in eo positam esse dicimus, quod diuina ordinatione constent ex Signis & Rebus significatis, vna & cädem *Æt* & relationis ratione copulatis, quorum duorum vnum, nempe quod Signi rationem habet, corpori corporali modo & instrumento percipiendum detur: alterum verò, nempe id quod menti significatur, ac proinde inuisibile & intelligibile est, mente super vnicū ex fœderis formula fidei instrumentum fideli mente sumendum præbeatur. Formā autē *Eu&ptm*, qua vnu Sacramentum ab altero discernitur, partim in signorum diuersitate, partim in diuersa analogia & peculiari cuiusque Sacramenti fine, ad vniuersalem omnium istorum Sacramentorum finem, concurrente, qui est ipsius Christi, & eius beneficiorum ob-signatio, constituit. Sic, exempli gratia, veteris fœderis Sacraenta, tum signis ipsis essentialibus, tum ritibus & suis peculiaribus finibus inter se distinguiuntur, quæ alioqui communem *eu&atm* illam formam habuerunt. Sic eadem Sacraenta cum Augustino affirmamus, signis quidem à nostris fuisse diuersa, & propriis suis finibus distincta: quod autem & ipsa constiterint diuinitus ex signis & rebus significatis, & quod eadem sit omnium Sacramentalis significatio, res ipsa deniq; omnibus Sacramētis istis citra vllā exceptionem sit communis, nempe ipse Christus & eius beneficia, prorsus cum nostris paria, quamvis in hac paritate secundum plus & minus, vt obscuriora à clarioribus differant. Sic denique Cœnam Domini & Baptismum in Sacramenti definitione, qua Sacramentum à verbo simplici predicato discernitur (quod videlicet signis, vna & cädem *Æt* Sacramētali copulatis, & ad illum communem finem, Christi videlicet fruitionem spectantibus constet) immo & rei significatae identitate penitus ut in forma *eu&atm* inter se conuenienter affirmamus: in ipsis autem signis tum essentialibus, cuiusmodi est Aqua in Baptismo, panis & vinum in sacra Domini Cœna: tum ritualibus, qualis est in Baptismo, aspersio siue immersio, in Cœna Domini, panis fractio & eiusdem manducatio & vini infusio & potus, tum in analogia & fine illorum signorum peculiari, quod videlicet in Baptismo quidem Christi sanguis sub lanacri imagine proponatur quo à peccatis omnibus abluti, noya quædam *æt* e- uadamus: in Cœna verò nobis idē Christus vt sempiternæ vitæ alimentum spirituale, nobis illo perenni succo vitali nutriendis, per fidem spiritualiter apprehensus, magis ac magis suendus præbeatur. At nostri antagonistæ, quod ad Sacraenta veteris fœderis

attinet, ~~dispergitur~~ formam per quam à nostris illa discernantur, in ipsa quoq; re significata cōstituant: quasi videlicet illa non Christum ipsum secundum carnem, (vpote quæ nondum in rerum natura existeret) sed tantum secundum Diuinitatem, & salutarem ipsius tādem nascituri efficaciam habuerint, & accēdētibus præbuerint: Sic autem & Christi persona discerpitur, & eibi succus ab ipso cibo re ipsa separatur: quum tamen nunquam Christus dimidius vel fuerit apud Deum Ecclesiæ mediator, vel fidei credentium propositus: & Apostolus tum 1. Corinth. 10. tum Heb. 11. eandem fuisse pattum & nostram Spiritualem escam & potionem, nempe Christū ipsum: & eandē vtrorūmq; fidē fuisse & esse testetur, quod copiissimè August. aduersus Faustum declarat. Nam certè Agni ab origine mundi occisi, immò & Christi in quo ante iacta mudi fundamenta electi sumus appellatione, non simpliciter Filius ille Dei, quatenus Deus est dūntaxat: sed vt *Sed y. Dp wto*, tum apud Deum, cui præsentia sunt omnia, tum apud piorum fidem, quæ est rerum etiam quæ sperantur vera & firma *ώσταοι*, necessariò intelligitur. Neque hoc errore contenti sunt nonnulli, verùm etiam ad eundem scopulum in constituenda Baptismi & Cœnæ Domini forma ~~dispergitur~~ impingunt, vt qui illam non in iis tantum quæ diximus & quæ euidentissima sunt ponant, verùm etiam & in re significata, & in Sacramentali significata rei cum signis coniunctione. Nam quòd ad rem significaram attinet, rursus in Baptismo vt in veterū Sacramentis ipium Christi sanguinem, id est ipsum Christum pro nostrorum peccatorum satisfactione & pro nostra in nouam vitam regeneratione à mortuis excitatum, minimè constituunt, sed eius tantum merita & efficaciam. Sic enim scribit D. Andreas pag. 445. *Spiritu Sanctū virtute sanguinis Christi operari per Aquam, id quod nobis Christus suo sanguine meruit, id est Christi meritum, vt apertiū idem D. Andreas loquitur pag. 446.* Quasi vero Christi meritorum & spiritualis quæ ab illo in nos effunditur efficacie possit eisē particeps qui non fiat ipsiusmet membrum. Ephes. 4.16. Quasi eodem Apostolo teste per eundem Spiritum in vnum corpus cum ipso Christo non Baptisemur. 1. Cor. 12. 13. atque adeò ipsum Christum non induamus. Gal. 3.27. sicut in ritu Baptismi extero videmur Aqua indui & operiri. In Cœna vero Domini demum ipsum essestiale corpus & reale sanguinem ponunt. Denique in Baptismo quidem D. Andreas, agrè admodum ullam significationem admittit: contrà vero in Cœna Domini demum re ipsa corpus & Sanguinem Domini, In, Sub, vel Cum pane & vino, re ipsa & sua ipsorum essentia adesse contendit. Quòd si rogentur quo tandem fundamēto tam multa ista dogmata principiis Christianæ Religionis ex diametro repugnantia confirmantur, tum eorum alij ad *τὸ πήρον* Institutionis Cœnæ Domini confugiunt, quod tamen

tamen illa sua explicatione penitus evertunt, quum aliud sit profus panem esse corpus, quam corpus esse In, Sub, vel Cum pane, verbis κατὰ τὸ πῦρ τὸν τετράγωνον intellectis. Alij verò ad hypostaticam vniōnēm se recipiunt, qua tamen vel vnicā subrūtūr quicquid illi impudentissimo commento superstrūnt, illas ipsas, tum Nestorij in personā diuisione, tum Eutychetis in proprietatum essentiālium reali inter ipsas naturas communicatione, tum Monothelitārum in vnicā statuenda falsa θεοῦ εὐηγέρσι operatione, blasphemias ausi ad ubiquitariam suam Omnipræsentiam stabiliendam Ecclesiæ propinare, & propinatas summa ad extremum peruicacia tueri. Et de his quidē hactenus dictum esto, si hoc vnum adieccero, quod à te quoque velim, Christiane lector, quisquis es, diligenter obseruari, qua conscientia isti, (qui manifestè & expressis verbis, tum in veterum Sacramentis, tum in nostro Baptismo Christum ipsum à suis meritis & beneficiis separant,) nobis audeant obiicere separationem rerum significatarum à signis, quum illas ab ipsis distinguimus: & Christum quidem semper totum cum suis beneficiis vna cum signis visibilibus, vere quibusvis accendentibus, etiam indignissimis præberi fide sumendum dicimus, quod Deus semper sit verax: sed tamē ab incredulis totum Sacramentum non recipi: ipsorum quidem culpa, vt qui sicuti corporis organo visibilia signa indigne percipiunt, rem Spiritualem sua infidelitate & profano contemptu ad certum exitium nisi resipuerint, repudient.

Ad 3.

Ne illud quidem temerè postulauiimus, vt essentiales Baptismi ritus pleniū explicaret D. Andreas, nempe quod eum suspicaremur aliquid etiam dictorum de abiurazione siue exorcismo, & consignatione Crucis, & eiusmodi aliis quæ ineptè à quā plurimis sculis ab adultorū Baptismo, & ab energumenis ad infantium Baptismum sensim tradueta, (quod Augustin. ipsum latuit, & aliquādo frustra torsit) mera postea superstitione retenta, nostra quidem Ecclesia meritò aboleuerunt, cur autem Germanicæ multis adhuc locis mordicus teneant, viderint carum pastores.

II. Thes. Vvirtemb.

Baptismum in locum Circumcisionis successisse.

III. Thes. Vvirtemb.

Baptismum etiam infantibus Christianorum conferendum esse.

Antithes. II. & III. Th. Beza.

Affentimur.

III I. Thes. Vvirem b.

In controuersiam autem venit, An Baptismus sit lauacrum regenerationis & renouationis in Spiritu Sancto. An vero signum duntaxat, quo adoptio significetur & obsignetur.

1. Eadem prorsus do-

ctrina D. Bezae, & fra-
trum eius de Baptismo,
qua est de Cœna Do-
mini, videlicet OFFER-

Antihes. III I. Th. Bezae.

Vtraque ista, nempe & adoptionis obsig-
nationem, & regenerationem, imò etiā pecc-
atorum remissionem in Baptismo ritè admi-
nistrato, præberi à Deo baptisatis omnibus
asserimus, quamvis non semper à quibusuis,
neque eo ipso tempore, quo Baptismus ad-
ministratur, accipiuntur.

2. Hic excludūtur quos

dicunt à Deo iam inde
à conceptione & nativitate sua ad æternam damnationem creatos & ordinatos,

quos Deus non vult regenerari & saluari.

3. Quia electos baptisi docent, qui non statim, sed interdum in extrema se-
necta demum regenerantur. Quia Baptismus sit duntaxat signum regenerationis, non vero lauacrum regenerationis, ut quotquot baptisentur, regenerantur,
& renouentur infantes. De quo plura in articulo de prædestinatione.

Th. Bezae resp. ad marginales annotationes D. Andreae.

Idem quatenus de Cœna & Baptismo statuendum.

BEZA, inquit D. Andreas docet de Baptismo ut de Cœna Domini, ^{Ad 1.} OFFERRI videlicet, sed non conferri regenerationem, obsignationem &
remissionem peccatorum omnibus baptisatis. Respondeo, nos prorsus ea-
dem de Baptismo quæ de Cœna Domini docere, quod attinet qui-
dem ad ea quæ vtriq; sunt communia, ex Sacramenti nimirum defi-
nitione: quod quū ipse non faciat, nō minus peccat quam si sublata
communis generis definitione, species eidem generi subiici posse
contenderet. Huius autem errati grauissimi, iure an iniuria ipsum
hic accusem, age ex illis duobus iudiciū fiat quæ hic nobis discep-
tanda proponit.

*Falso dici à D. Andrea, gratiam baptismi baptisatis omni-
bus necessario conferri.*

Contendit D. Andreas effectum Baptismi (quod hic ipsi li-
buit triplex constituere, & quidē admodū, vt suo loco dice-
mus, inscienter, ut hominem facere conuenit Logices penitus im-
peritum) in Baptismo non tantum præberi, sed etiam Conferri, id
est,

est, ut planius loquar, non tantum dari sumendum, sed etiam à sumentibus recipi, idque non ab aliquibus duntaxat, sed ab omnibus vniuersaliter. At qui de sacra Domini Cœna, ne ipse quidem, quantūvis omnia penè illi soli mysterio tribuere videatur, dicere istud ausit. Effectū enim Cœnæ Domini effecto Baptisimi ex aduerso respondens, non est ipsum corpus, vel ipse languis Christi, (quod vult etiam D. Andreas à quibusuis accendentibus recipi) sed illorum perceptorum fructus: nostræ videlicet Spiritualis cum ipso Christo coalitionis, & beneficiorum inde consequentium ob-signatio: sicut effectum Baptisimi est nostræ regenerationis ad remissionem peccatorum, & nostri innouationem ob-signatio. Incorporari vero Christo sive fieri Christi membra, quicunque Cœnæ Domini ore sumunt, quinam dixerit D. Andreas, quem non pudet è miniore sumunt, quoniam dixerit D. Andreas, quem non pudet è contrario affirmare ipsum Christum à dignis quidem adulitem, (quod nos concedimus) ab indignis vero ad iudicium sumi? maximo id quidem errore, ut suo loco refutauimus, quoniam indignè accendentium exitiū non ab ipsone Christo indignè recepto, sed contraria per incredulitatem repudiato, & sacrorum symbolorum profanatione proficiscatur. Sophistam igitur agit D. Andreas rei Sacramenti ~~quaerendia~~ ludens, id est partem alteram substantialem Cœnæ Domini, cum effectu Baptisimi comparans, quod tamē nunquam faciendum esse ipsem recte docet pag. 439. si modò videari vult idem de Baptismo atque de Cœna docere. Sin minus, fateatur oportet, multò plus à se tribui Baptismo quām Cœnæ Domini.

Sed & verbo Domini simplici, quid fiet? Nēpe, si D. Andreæ credimus, multò minus fuerit ipsi quoque quām Sacrementis tribuendum: Et tamen verbum fœderis est ipsorum Sacmentorum velut anima: & quamvis aliter quod ad externam formam attinet, non tamen aliud in simplici prædicatione quām in mysteriis credendum & sumendum proponitur: atque adeò fieri potest ut aliquis etiam absque Sacrementis, quibus citra contemptum potiri non potuerit, seruari possit: absq; verbo vero quisquis adultus, vel extraordinario afflatus, vel ordinaria verbi prædicatione non est doctus per fidem apprehensi, extra Christū manet haud dubiè peritus. Quod si rationes istae firmissimæ D. Andream non permouent, audiat Augustinum alioqui parvulis sine Baptismo decendentibus iniungiorem Homilia 27. auditores suos, oscitantem quidem prædicatum Dei verbum audientes, diligenter vero ac penè superstitione obseruantes nequid de corpore Christi (id est sacro pane, metonymicè, velit nolit D. Andreas, necessario ab August. sic intellecto) ipsis in manus tradito in terram caderet, his verbis obligantem. *Quid vobis, inquit, plus esse videtur? Verbum Dei an corpus Christi?* Si verum vultis respondere, utique dicere debetis quod non minus sit Dei verbum quām corpus Christi. Et quorsum plures testes?

Ipse D. Andreas, absurdissimis argumentis pag. 500. conatur baptisnum muliebrem in casu, quem isti communiscuntur, necessitatis, inde adstruere: quod licet etiam mulieribus morientibus verbum annuntiare, & audientes, ut ipse loquitur, absoluere, *Vtrum*, inquit, maius est: *Verbum & predicatione verbi, an vero Sacramentum baptismi, & eius administratio?* At verbum istud, tantum abest ut vitam aeternam, quam audientibus omnibus una & eadem predicatione offert, re ipsa conferat: ut contra incredulis, quales sunt plerique, sit odor mortis ad mortem: nullo id quidem vel ipsius verbi vel Sacramentorum defectu seu vitio, sed indignè audientium & profane facis signis videntium culpa. Doceat nos igitur D. Andreas suam illam Baptismi supra Dei verbum & Domini Cenam præstantium, aut istos etiam errores, ut alios nimium multos, emenderet.

Iam vero quod ad ista tria, nempe regenerationem, ob signationem & remissionem peccatorum attinet, inire quidem ego rationem non possum quinam possint ista *artificiosas* sicut divisionis methodus postulat. Nam regeneratio, siquidem generaliter pro receptione inter Dei filios accipiatur, comprehendet quoque peccatorum remissionem: sin vero angustius intelligatur pro nostri renovatione, tum commoda fuerit beneficiorum Baptismi in duo membra diuisio. Sed ob signatio diuersum quiddam est ab iis quæ ob signantur, ac proinde extra illa recensendum. Præterea CONFERRI propriè dicuntur quæ antea quispiam non habuerit: ob signari vero quæ iam habentur: itaque simul ut species vel eiusdem generis, nec ut partes totius alicuius censi possint Regeneratio, & peccatorum remissio, & ipsa eorum ob signatio. Neque frustra vel inani argutia propriam horum vocabulorum significacionem vrgeo, ut ex sequentibus apparebit.

Sed audiamus quibus argumentis in ipsa collatione D. Andreas illam vniuersitatē, id est regenerationē omnibus ritē baptisatis, non tantum probabiliter, verū etiā proberet necessariō CONFERRI. Primum igitur pag. 480. citat illud Pauli ex Galat. 3. 27. *Quicunq[ue] in Christū baptisati es sis, Christum induisti.* Hęc autē Pauli verba quum dubium non sit ad eos ipsos quibus scribebat propriè pertinere, ad adultos id est qui fuerant maxima ex parte à Pseudapostolis fascinati, de singulis adultis baptisatis intelligere, nemo nō videt, nisi nulla pro rursus rationis specie, non posse. Nam etiā tāta fuisse Galaticarum Ecclesiarū puritas quantā non fuisse conqueritur Apostolus, & quanta nulli vñquā Ecclesiā contigit, quis spiritus D. Andream docuit idem fuisse de omnibus illorum temporum Ecclesias statuendum? Sed & illud constat ex iis quæ subiicit eo loco Apostolus, non singulas personas ita designari, sed Gentium, statuum & aetatum discrimen tolli. Hypocritas autem & incredulos D. Andream statuere, quamvis baptisatos, tamen non reges;

regenerari, inde coniicio quod propriam in baptisatis fidem usque ad eò præcisè requirat, ut ne infantes quidem excipiat, qua de re suo loco differemus.

Hinc autem planam nobis responsionem ipsemet suppeditat aduersus alterum ipsius in eadem pag. expressum, & alibi sape inculcatum aduersum nos argumentum, quod videlicet, nisi censeamus necessariò regenerari quicunque ritè baptifantur, Spiritum in Baptismo externo ab Aqua per nos separetur. Atqui si hoc verū esset, necesse fuerit statuere ut hæc separatio vitetur, adultos incredulos externo baptismo, vel nunquam ritè baptisari, vel etiam regenerari, quorum neutrum D. Andreas, nisi absurdissimè senserit. Ad separationem autem istam quod attinet, quum Deus, cui sua semper constat veritas, gratiam quidem cum gratiæ promissione, tum in simplici verbo tum in Sacramentis quibusvis verbum praedictibus, itidemque ad Sacraenta recipienda accendentibus praebeat, sed verbum quidem & sacra symbola corporis sensibus, gratiam autem ipsam menti non nisi per fidei instrumentum sumendā exhibeat, ut ex fœderis formula liquet: mirum non est ab iis qui sola corporis organa adferunt fidei instrumento vacui, sacra quidem symbola recipi ad exitium, propter illorum profanationem & Dei contemptum: rem autem tum verbi simplicis praedicati, tum Sacramentorum, id est Christum ipsum, itidemque eius beneficia & gratiam respui: quod quum D. Andreas in totum quidē in verbo simplici, aliquatenus autem in sacra Domini Cœna, neimpe quod ad ipsius Cœnæ fructum attinet agnoscere cogatur, ex qua siue scientia siue conscientia profectæ sunt istæ tragicæ aduersum nos vociferationes, falsum, impium, blasphemum, inatiditum & intolerabilem in Ecclesia Dei errorem ab illis inueni, qui omnes & singulos baptisatos negent necessariò, & quidem illo ipso momento, regenerari? Nā & ipsi Scholastici, quantumuis operis operati dogma tueantur, rem tamen Sacramenti cum sacris symbolis tantum abest ut quod ad usum attinet necessariò semper vinculo connectant, ut faciantur quosdam recipere rem & Sacramentum, quosdam Sacramentum & non rem, quosdam denique rem & non Sacramentum. Qua de re sic Aug. de Baptis. 5. cap. 25. Indunt homines Christum aliquando usque ad Sacrameti, (id est signorum) percptionem, aliquando usque ad vita sanctificationem. Atque illud primum bonis & malis potest esse commune: hoc autem proprium est bonorum & piorum. Et Psal. 77. Iudeis omnibus communia erant sacramenta, sed non communis gratia que est virtus sacramentorum: ita & nunc est communis baptismus omnibus baptisatis, sed non communis virtus baptismi. Hic autem non dubito quin excipiatur D. Andreas, hanc questionem de adulorum Baptismo nostris temporibus non ita necessariam videri, quum, paucissimis exceptis, soli parvuli hodie.

baptisentur, ac proinde de istorum præcipuè Baptismo quærendū, quod demum aggrediemur quum reliqua D. Andreæ argumenta ad superiorem quæstionem pertinentia dissoluerimus.

*Ampli tractatio quo modo verè sint erigendi eorum animi qui vel
quia nunquam vocantem Deum audierunt, vel auditum
deseruerunt, de sua electione & salute dubitan-
tes, animu[m] n[on] despondent.*

Ergo, inquit & inculcat pag. 471. & 472. 473. & 480. 481. 482. ac etiā alibi, nisi regeneratio cū Baptismo semper & in singulis baptisa-
tis cohæret, nullus consolationis locus relinquitur erigēdis eorum conscienc-
iis, qui quòd nullos Sp. S. in se motus tunc sentiant, non habent quòd refu-
giant nisi ad verbum & Sacra menta, & in primis ad Baptismum. Hoc
autem remedium nullius fuerit momenti, nisi necessariò cogitationibus
illis à Diabolo inspiratis opponatur quòd Deus sit maior corde nostro,
qui in Baptismo adoptionem non modò nobis obtulit, sed etiam reue-
ra contulit, sicut dixit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: &
Paulus, Quicunque baptizati estis, Christum indistis, qua consolatione
Circumcisōnis armatus David Goliath aggreditur: Alioqui enim conse-
quitur Baptismū esse otiosam ceremoniam, & totam Trinitatem menda-
cij argui. Proinde depellendus potius est Satan his verbis, Recede à me
Satan, nullam partem in me habes, quia in nomine sancta Trinitatis sum
baptizatus, & verè in Filiū Dei sum adoptatus. Hęccine igitur illa sunt
quibus tam spē & tam verbosè inculcatis D. Andreas me penitus
prostrauit: quod tamē argumentū quum sit valde inuolutū, ego sic
euoluo. Primum quòd ad locos Scripturae citatos attinet, istud,
*Maior est Deus corde nostro desperationem auxerit, non consola-
tionē attulerit.* Nec enim Iohannes 1. Iohan. 3. 20. illud cōmemorat,
ut desperabundis succurrat proposita misericordiæ Dei magnitu-
dine, sed ut superbos maiestatis diuinæ immensitate contundat.
Deinde homini de sua electione dubitanti, & nulla fidei testimoni-
onia in sese sentienti (qualis iste est de quo hic agitur) quodnam so-
latium afferrent ista, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus er-
rit? Nam è contrario sic colligeret, ego verò non credidi, itaque li-
cet baptizatus, saluus non ero. Nam rectè August. tractat. in Iohan.
6. de Simone Mago loquens, *Baptisma*, inquit, illi quid proderat?
Noli ergo gloriari de Baptismate quasi ex ipso salus tibi sufficiat. Illum verò Pauli locum ex Gal. 3. quām apertè detorqueat D. An-
dreas paulò pōst ostendi. Neque firmiores sunt rationes ab absur-
do petitæ quibus D. Andreas suum hoc argumentum conatur ful-
cire. Num enim propterea verax non est Deus, quoniam veritas
ipius à contemptoribus negligitur aut etiam deridetur? Num
propterea inanis est in sese Baptismi ceremonia, propterea quòd
alij

ali⁹ gratiam in eo promissam respuunt, ali⁹ si D. Andreas creditur il-
lam receptam excutint? An idcirco Euangelium non est poten-
tia Dei ad salutem, quoniam incredibilis est odor mortis ad mor-
tem? An ideò Cœna Domini non est fœderis Domini pignus quod
tam multi sacris signis, vel etiam ut D. Andreas contendit, ipso
Christi corpore manducato abutuntur? Et, ut à notissimis quoque
sumam argumētū, An separatur Lux à Sole, quoniam neque cœ-
cis lucet neque dormientibus, neque oculos quominus illa luce
fruantur vlt̄rō claudentibus? Sed illud est omnium ineptissimum
quod pro fundamento huius argumenti substernit D. Andreas,
quempe inane esse perfugium ad Baptismum in eiusmodi tentatio-
nibus, nisi cū ipso statuamus omnes baptisatos necessariò in Bap-
tismo adoptari. Primum enim si valet hæc consecutio in Baptismo,
& frustraneum quoque fuerit tentatum quempian ad verbi & Cœ-
næ Domini testimonium releggare, nisi necessariò quoque regene-
rati & adoptari dicamus quibuscunque verbum Dei prædicatur,
& quicunque ad Domini mensam accedunt: quorum neutrum nisi
cum impudente mendacio D. Andreas affirmaret. Sed hoc etiam
omisso, & concessò quod in Baptismo postulat D. Andreas, tenta-
tus quispia, auctore Satana, annon egregium istum consolatorem
suo ipsius argumēto repulerint? Esto D. Andrea quod tu dicas, Fue-
rim baptizatus & tūc adoptatus, quū tamē dicas firmam hanc non
esse gratiam, sed ab ea excidere me potuisse, vt i sanè excidisse me
sentio, annon quod vna manu mihi videris tribuere, altera mihi
tutem eripis? Quorsum igitur hæc tu mihi suggeris, quæ me non
modò non subleuent, verū è contrario detestandam meam in-
gratitudinem mihi magis ac magis spectandam proponant? En-
quam firmam consolationem laborantibus periculosisima tenta-
tione conscientiis istud D. Andreas dogma suppeditet. Quod si quis
roget, quomodo sit igitur isti temptationi occurrēdum, dicam quod
certissimo fundamento nititur, & sepiissime sum in multis exper-
tus, & quod copiosè explicare constitui, in Christiani lectoris
gratiam. Primum igitur illud docemus contra quam D. Andreas
falsissimè nobis impingit, eternam illam ἡρόθεσην ut loquitur Pau-
lus, quæ est salutis electorum basis, nunquam esse à nobis in ipsius
Dei abyss⁹ querendam, sed in ipsius patefactione, id est in vocatio-
ne per verbum & Sacra menta. De adultis loquor, quales esse ne-
cessit de quibus consolandis hic à nobis queritur. Et quoniam
externa illa vocatio, nō est solis electis propria, (Multi enim voca-
ti, pauci electi,) sed ea demum quæ est efficax, id est per quam non
tantum illustratur intellectus salutari veri Dei cognitione, verū
etiam in voluntate creatur, quamvis non perfectè tamē verè o-
dium mali, vnde peccati fuga & amor boni oritur, siue recte vo-
lendi & faciēdi studium; idcirco in illa periculosisima temptatione

ex hac veluti pyxide, verum illud nepenthe depromptum laboranti conscientiae applicamus. Si mihi sit igitur negotium cum eo, qui vel nunquam fuerit Euangelico ministerio vocatus, vel ut vocatus fuerit, nunquam tamen vocantem audiuisse sibi vel aliis sit visus: & qui inde colligat se non esse ex eorum numero quorum Dominus constituerit misereri: suggesto illi Sophistam esse Satanam, qui sic illum doceat concludere: non minus falso quam si quis in media nocte positus, affirmaret Solem, quia nondum sit exortus, nunquam exoriturum. Et hoc est quod quam D. Andrereæ gessissim pag. 481. impudentissime corruptum edidit, his verbis, *tentare hominum dicendum est, Solem orium esse etiam si nondum ortus sit.* Quasi vero mentiri doceam, siue hæc dicti n̄ ei depravatio tam impudens ab amanuensibus ipius D. Andreas, siue ab ipsomet profecta sit. Et quū ad hoc excepisset D. Andreas, inutilem fore hanc consolationem, quoniam miser ille dubitare etiam possit, an sit illi Sol deinceps exoriturus, subiecti paucis quod hic penitus ab ipius amanuensibus præteritum fuit, & quod plenius propterea nunc repetā. Misero igitur illi ab illa falsa & Satanica conclusione depulso suggestore mox consuetui, quia muis externa per se vocatio penitus pacandæ conscientiaz non sufficiat, maximum tamen esse illius aduerlus Satanam præiudicium & pondus. Eos enim qui nunquam vel intus vel foris vocentur, (loquimur autem hīc de ordinaria vocatione) necessariō perire: quicunque vero vocatur, in primo salutis limine pedem iam habere, unde, nisi per ipsos steterit, certus in atrium ac tandem etiam in ipsam salutis regiam pateat aditus: & hanc adhortationem multis modis confirmo. Cur enim, inquam ego, dubites de eius voluntate qui me ad te vocandum misit, nullam causam habes. nisi forte peccatorū tuorum multitudinē. Huic oppone diuinę quæ tibi à Deo per me præbetur misericordia immensitatē. Introducit te Deus in electorū viam: cur illū sc̄ qui recusaueris? Si te nondum sentis intus permoueti, pere ut permouearis. Hoc desiderium sci-
to pignus esse paternæ erga te benivolentiaz. Huic nec potest, nec vult deesse quod ipse unus in te excitauit. Istis denique exhortationibus adiicio locum de vocatis hora undecima, de vocatione gentium post tot secula, de pendente in cruce latrone, & alia ciusmodi, quibus remediis nunquam me frustra usum fuisse memini. Sin vero mihi negotium est cum iis qui Deum vocantē aliquando audiierint, sed quod in aliquod graue peccatum sint prolapsi, vel quod emansores fuerint ex Ecclesia, vel quod diu contemptis publicis priuatissime monitis fuerint Ecclesiæ offendiculo, vel, ut non semel animaduerti optimis etiam & religiosissimis nonnullis euensi, quod dum sibi non satisfaciunt, toti sunt adeò in seipisis assidue redarguendis, ut clementiae diuinæ ad tempus oblinianscatur: ut eos prætermittam qui natura imbecillioris vitio, grauissimis in-

mis interdum huiusmodi temptationibus periculosissem, nisi medicum idoneum naēti fuerint, exerceantur: cum illis, inquam, sic agere sum solitus. Primum flagito ut quid potissimum illos tantopere exagiter in sinum meum effundat, & prout ex ipsis quid & quantum istud sit, intellexi, caueo quidem in primis ne iam plus satis consternatos, proposita Legis severitate penitus deiiciam: sed ita vt à condemnatione suorum peccatorum & iudicij diuini meditacione non prorsus illos abstraham: sic videlicet pro viribus temperato consolationis sermone, vt Deum tamen illis meritò infensum esse minimè dissimulem. Sic præparatos denique percotor, an semper sic affecti fuerint. Immò, respondere solēt, tempus fuit quo patatissima conscientia Deum hilaris inuocabā, beatus & fidei ac spei plenus, quam gratiam miser ego nunc effudi, nec aliud est quod plene nunc magis excruciet quam superioris illius temporis recordatio. At enim, inquam ego, vtra grauius te premit cogitatio, iudicii-ne diuini apprehensione, an displicentia, quod tam benignum patrem offenderis? Vtrumque, inquit, & quidem istud posterius in primis. Ergo tibi(inquam) displicet etiam peccatum, quatenus peccatum, id est quoniam turpe est & illo Deus vt summè bonus offenditur? Ita est, inquit, & pudet me tam sceleratum apud illum tam bonum meipsum sistere. At nemo, inquit, offenditur, sed gaudet potius eius quem ipse oderit laesione. Ita est aiunt, & absit vt Deum ipsum quamvis me odio prosequenter oderim, cui potius utinam fieri posset vt reconciliarer. Tum ego. Bono animo esto, mi frater, salua res est. Quis enim Deum prælertim ferientem amare, quis eius quam amissam putat benevolentiam deplorare, quis optare possit in gratiam cum ipso redire, nisi quem ille quantumvis iratus amare non desierit? nisi fortassis non didicisti cognitionem nostræ in Christo salutis, non à carne & sanguine, sed ab ipso Deo, qui prior nos cognitione sui dignatur, & ab ipso Christo nobis patrem patescente, oriri: & Denm à nobis non prioribus amari sed tedamari, eius beneficio qui nos prior dilexit quem ipsius inicii essemus. Habes igitur, mi frater, cur tibi de anteactis multis displiceas, non cur animum despondeas. Habes denique intus & a pud te certa illius ipsius erga te quam expertis reconciliationis sequituræ testimonia, modò illum qui vera in te resipiscientiæ fundamentum iecit, displicentia nimisrum peccati, & reconciliationis desiderium, precibus assiduis interpellare non desistas. Ovis est etiam quam extra gregem ad tempus aberravit: & tu ipse illa es ovis, quam relictis illis non aginta nouem, fidus ille singularum sibi à patre creditarum ouium custos, non tam per meum ministerium tibi nuntiat se querere, quam quæsitæ, licet non se quærentem, inventisse. Pulsate enim, inquit ille, & aperietur vobis: & an illas promissiones oblitus es resipiscientibus toties inculcatas: immò etiam

tam multis eorum etiam exemplis confirmatas qui videti poterat prorsus deplorari? At ego, inquit rursū ille, nullos illius paracleti motus, nullum fidei vel spei sensum nunc habeo: sed contraria ex superior omnia. Immo, inquam, te ipsum fallis, vt te paulò ante monui. Peccatum enim non tantum propter pœnam, sed quoniā turpe est, & propter Deum odisse, nullus alius quam ille paracletus docet, quamvis sese nondū totum prodens: utpote quem tam multis modis offendaris, vt te quasi penitus deseruisse aliquantis per videatur. Sed illum à te non prorsus exiuisse, verū in intimū dunt taxat quempiam tuæ mentis angulum recessisse, unde rursus precibus tuis exoratus sese sit demonstratus, illud ipsum euincit de quo te secundū iam commonefacio. Sed vt illud ipsius tibi demus quod ait, lethargus hic fuerit fidei non interitus. Vixisti in matris vtero, & vitam ipse tuam ignorabas. Ebrius certè non rationem, sed rationis, & interdum corporis etiam usum ad tempus amittit. Hyeme dixeris emortuas arbores, quæ verè reuirescunt: Hodie Sol occidet, sed cras rursum oriturus. Et quoties in duellis qui prostratus fuit, tamen victor eras? Idem scito quibusvis in illa Spirituali carnis & Spiritus, nostra partim imbecillitate, partim societate, partim etiam culpa euenire. Ad hæc ille, vt ciusmodi pertinacissimæ sunt in nonnullis tentationes, utinā verò, inquiet, statuere possem hæc ad me pertinere. Nam dubitare me an sim ex eorum numero quorū misereri Deus constituit, præsens mea cogit conditio.

Electos Sp. Sanctū nunquam penitus amittere, nec à fide qua iustificati & verè sanctificati sunt prorsus excidere.

Hinc illa grauissima incidit quæstio, An possit Spiritus Sanctus, & vera illa fides penitus amitti. Illius enim sensum & usum amitti ad tempus posse non nego: & doctorum ac piorum hominum qui phrasibus illis visi sunt sententiam ita interpretor. Fidem autem ipsam veram, amitti nego, ac proinde, quoties in illa colloquione amanuenses D. Andreę particulā illam, PENITVS in meis responsis miserè decurtatis pretermiserunt, toties illos falsi crimine teneri affirmo. Illud ergo affirmat ille fieri posse, ac etiā in mortalibus, quæ vocat, peccatis re ipsa euenire contendit, de qua peccatorum distinctione primo loco nobis est disceptandum.

Quid ex Dei verbo fit statuendum de distinctione peccatorum in venialia & mortalia.

INTER mortalia igitur & venialia quæ vocat, pag. 465. videamus quæso quam egregium discrimen constituat. Venialia sunt, inquit,

infirmitatis humana labes, qua credentibus & electis non imputantur, secundum illud, Septies in die cadit iugitus, & septies resurgent, quibus Sanctus Spiritus non amittitur. Mortalia vero sunt sclera contra legem Dei, secundum illud Pauli, Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Hæc ille in quibus (etsi, quod s̄epe illi respondi, agnosco magnum esse discrimen inter delicta & sclera) tamen & falsò & impropterè dicta penè singula sic demonstro. Quenam est enim, obsecro, ista infirmitatis labes nisi omnium peccatorum fons & origo? in iis quidem qui sunt regenerati. Nam de ipsis vniuersitatibus h̄ic queritur, in quibus corruptio dominans mutata est in infirmitatem, ægræ nec sine magno certamine reliquiis illius repugnantem. Neque ista observatione nullius est ponderis, sed maximi potius, ut lucta illa inter Rationalem & affectus qualis à Philosophis describitur, quam mutatis tantum nominibus scholastici maxima ex parte retinuerunt, à certamine illo Carnis & Spiritus quod describitur Gal. 5. discernatur, in quo ipse quoque Philosophicus ὅπθε λέγει, quainuis ἀναπολόγητον in non paucis reddens hominem, tamen ut præcipuus hostis est à Spiritu domandus, ut quum de non paucis peccatis, sint-ne peccata an seculi, & quām levia vel grauia sint queritur. Istud verò cuiusmodi est, *Venialia non imputari credentibus & electis.* Nam si referatur istud ad Deum ista condonantem, consequetur aut mortalia ipsis opposita non condonari, quod si verum est, ecquis seruabitur? aut hac differentia falsò & ineptè venialia peccata à mortalibus discerni. Sin verò D. Andreas istud ad naturam ipsam venialium peccatorum retulerit, quasi quædam non sint aeterna morte digna, age transeat aperte in Sophistarum castra, & horum peccatum onus pro quo mori Christum non oportuerit, in se recipiat, si volet. Sed nolim hoc quidem ipsi tribuere, ut qui eadem illa pagina, nescio an responso meo commonefactus, contrarium agnoscat. Sed rursus istud Pauli, *Si secundum carnem vixeritis, moriemini,* ad ista sola quæ vocat mortalia peccata venialibus opposita restringens, quomodo rursus non censemur utraque secundum sui naturam, illa videlicet ut condonatione, ista denum verò ut aeterna morte digna estimare: vel venialia quidem credere condonari, mortalia verò non item? Paulum autem sineulla peccatorum distinctione verbis illis omnes in quibus peccatum regnat comprehendi, ego quidem extra controversiam pono.

Pagi. verò proxime consequente, id est 466. pleniū conatus istud mysterium declarare, *Infirmitates, inquit, distinguenda sunt à flagitiis manifestis.* Concedo. Sed quum & illa & ista mortem aeternam mereantur (ut etiam ex legalibus sacrificiis pro peccatis etiam leuissimis appareat, & Christi pro iis preicatione qui per ignotiam ipsum crucifigendum iurant) & utraque resipiscenibus condonentur: quid ineptius afferri potuit afferendæ isti inter peccata.

cata venialia & mortalia distinctioni? Quænam autem sunt illa manifesta flagitia? Ea, inquit D. Andreas, quæ vocat Paulus opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia &c. quæ qui agunt, regnum Dei non consequuntur. Sed quorū ista rursus ad illud peccatorum dis- crimen? Annon enim Apostolus inter hæc peccata, lites, æmula- tiones, similitates quæ sèpissime incautis etiam obrepunt, illo ca- talogo comprehendit? Immò quid non admiserit sceleris, cui do- minatur ira? Et vnde omnia etiam leuissima peccata nisi à Carne, in iis quidem totis qui regenerati non sunt dominante: in regen- ratis verò nondum perdonata? Et quum illis carnis operibus Pau- lus, neque hoc in loco, neque alibi vspiam opponat villas infirmita- tes quas iste venialia peccata vocat, sed opera Spiritus: quid est ver- bum Domini ad sensum animi sui detorquere, si hoc non est facere quod iste facit? Sed audiamus etiam deteriora quædam. Alterum est genus peccatorum, inquit, quæ etiam electi deponere non possunt donec moriantur: sed contrà illa usque ad extreum vita Spiritum pugnant: ar- debique non ex proposito, sed contra voluntatem suam peccant, ut quum quispiam præ alio pronus ad iram contra voluntatem suam irasciatur: de quibus peccatis Paulus, Si quod nolo illud facio, non iam ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum, & Nulla est condemnatio iis qui sunt in Christo Iesu, & Beati quorum teæta sunt peccata. Hæc illa sunt igitur D. Andreæ venialia peccata, tribus differentiis norata, nempe, quæ non possint ante mortem ab electis etiam deponi: contra quæ pur- gnant electi: quæ denique contra voluntatem admittuntur: quæ noræ si veræ sunt, & diuisionis leges seruavit D. Andreas, quibus cauetur ne diuisionis membra inter se coincidunt, vt pote quæ sint opposita, cōsequetur mortalia definiri, quæ ab electis etiam in hac vita deponi posunt: contra quæ non amplius pugnēt electi: & quæ quā admittuntur, voluntate admittuntur. De tribus igitur istis distinctè dicamus. Quid ad primū attinet, falsissimū esse dico & penitus a- θεολογον, existimare peccatū illud nobiscum natū id est, peccatorū omnium originem, posse ab electis deponi. Nec enim depositisse peccatum dicendus est quisquis, eti virtute Sp. Sancti (cuius loco Philosophi suū illum ὁ Θεὸς καὶ μάλη definitum statuunt) fructas illos quos opera carnis vocat Apostolus non edit, radicem tamen adhuc habet sibi insitam, mox repullulaturā, nisi precibus assiduis & aliis modis omnibus adhibitis paulatim aboleretur. Exemplo sit nobis maximum illud omnium peccatorum, Dubitatio de Deo & ipsius veritate & promissis, in iis etiam qui vera fide sunt illas am- plexi, vnde illud Davidis, Dixi in precipiti fuga mea, omnis homo mendax. Testes Moses ipse & Aaron in diffidentiae speciem mini- mè vanam prolapsi, & propterea ingressu in Chanantidem exclusi. Testis illa perpetua Christianorum petitio ad omne tentationem genus sine exceptione pertinens, Ne nos inducas in tentationem.

Testis

Testis ipse Paulus, clamitans peccatum vniuersaliter, & corpus mortis adhuc in se habitare. Quid sit autem de aliis quoque peccatis manifestissimis statuendum, ostēdit triste illud Davidis, licet regeneratissimi, tamē adulteri simul & perfidiosissimi homicidiae exemplum. Nā vnde fructus isti in tantis viris, nisi ex peccato nondum deposito, necante mortem deponendo? Idem est autem de leuissimis etiam regeneratorum peccatis statuendum, quæ & ipsa quum ex eadem illa radice pullent, non longissime abest. D. Andreas ab Anabaptistarum delirio, qui sese somniant eō peruenisse ut sint *ārauāptorū*: cuius erroris certè fundamentum primum iacit, quum peccatum in hac vita deponi posse putat in operibus carnis quæ ad mortalia peccata, quæ vocat, male restringit. Sicut autem non penitus deponitur peccatum in hac vita in regeneratis: ita non totum retineri, sed sensim emori ostendunt Iustitiae fructus, quāuis non pari semper vigore sese exerentes. Vanū est igitur istud inter Venialia & Mortalia peccata discrimen: neq; Spiritū Sanctū vel hęc vel illa excutiunt, sed eius efficaciam interrumpunt.

Alteram differentiam in eo ponit D. Andreas, quod in veniali bus electi pugnant, in mortalibus non item, quod non minus falsum esse dico quam superius. Quod enim dicit Apostolus, carnem in electis pugnare adversus Spiritum, reciprocum est necessarium. Et quamvis interdum usque adeo rapidi sunt affectus, ut ne ratio quidem, ne dum Spiritus Sanctus, in concilium adhibita videri possit: nihilominus tamen nonnisi ex conjectura, eaque minimè necessaria, colligi potest sic in ipsis excessibus electos à carne totos abripi præcipitos, ut nullum regeneratae conscientiae motum sentiant, etiam si ad tempus audientia illi non præbeatur. Certissimum enim est illud axioma: Non regnare in regeneratis peccatum, sed tantum esse de illius tyrannide detractum, quantum in hominis mente & affectibus illi eripuit gratia, viatrix in electis necessariò futura. Peccarint igitur impatientia, tum Sara marito ancillam tradens, tum Abrahamus ab illa persuasus, quasi irrita aliqui futura promissione de benedicto illo semine: pugnauit tamen in illis & confirmauit eos fides quæ promissionem illam apprehenderat, remedium alioquin illud inutile non tentaturos. nisi sperassent ita sequiturum quod factum iri Deo promittenti crediderant. Nec disimile est Rebeccæ exemplum, quæ audierat & crediderat maiorem seruiturum minori, & tamen per impatientiam Iacobum pro Esauo malis artibus supposuit, cuius facti postea magnas & longas penas, & ipsa & Iacobus fuerunt. Nefarium denique fuerit Moysen & Aaronem inter incredulos numerare: & Davidem, licet peccato suo obdormiscentem, illis accensere in quibus regnat pacificè adulterij & homicidij Spiritus. Nihilo verius est igitur istud D. Andreæ inter venialia & mortalib[us] peccata discrimen, quam alterum

superius & quum regenerati necessariò, quamvis non paribus s̄c̄ per virtibus, pugnent tum in leuiibus tum in grauibus peccatis, in neutris planè extinguitur Spiritus.

Tertia verò istorū differētia in eo sita est quòd Venialiter errātes faciant quod nolunt, id est in iuiti peccant, mortaliter autem peccantes, id faciat quod volūt ut, exempli gratia, inquit D. Andreas, quando irascitum quod nolo facio, sed quādo quis scortatur, quod vuli facit. Quasi verò sciens prudens & conscientiam etiam reclamantem non audiens quispiam, vehementissimè quoque excandescere non possit, & nisi vel ipse ad se vltò redeat, vel aliunde cohibeatur maximum quoque scelus admittere: itidemque quispiam aut mente aut corpore ebrius & imprudens scortari: quorum extant etiam in sanctissimis exempla: illius quidem in Danide Nabalum cum familia tota excindere parato, Abigaila precibus cohibito, & eo nomine Deo gratias agente, 1. Sam. 25: huius autem in Loto incestuoso Gen. 19. quem tamen Iustum nominat, Petrus 2. Petri 2. 7. & qui profectò etsi non iustus in ebrietate & incestu, tamen etiam incestuosus fuit iustus, vt proculdubio resipiscens ostendit. Deinde in hoc quoq; non tantùm absurditas maxima patet, sed etiam penè incredibilis inscitia deprehēditur. Quis enim vñquā præter istos ita insaniit, vt aliquem diceret inuitū siue coartum peccare? Nam rectè Philosophi quoque, exemplo proposito de iis qui iacturā videri possunt inuiti facere, actiones tamen eiusmodi, quoniam ab agentis quamvis exorto cōsensu profisciscuntur, rectè non ad τὸ βασίον quantumvis interueniens, sed ad ἀκεύσια referunt. Certum est igitur electos & quantumvis regeneratos nonnisi volentes peccare, siue in leuioribus, siue in leuissimis etiam peccatis: non tamen ita volentes vt qui regenerati non sunt, & in quibus peccatum regnat. Nam isti tota voluntate proni, etiam contra rationem ferūtur, vnde illud, video meliora probōque, Detiora sequor: at regenerati, quamvis vñus & idem homo sint, vñica numero & eadem voluntate prædicti: nihilominus tamen duabus contrariis principiis in illo licet vñico homine sitis, carne vñdelicet, quatenus, regenerat⁹ non est, & Spiritu, quatenus est à peccati seruitute per Filii Spiritū manumissus, vñus & idem homo dicitur & volens & nolens peccare. Hoc autem manifestè indicat Paulus, in sese, vt vñico subiecto, tum nolentem, tum volētem hominem constituens: quamvis volentem illum peccare, quasi extra se vt hospitem quendam constituat, tum vt corruptionem illam doceat esse in homine non creatum quiddam, sed aduentum, tum quòd de illa tandem plenè expellenda certus esset, & certos esse nos oportere exemplo suo doceat, quin cap. 6. in hanc vocem erupisset, Peccatum vobis non dominabitur, non enim estis sub Lege, sed sub gratia. Fateor igitur Paulū eo loco nobis in sese præponere

ponere fortis athletæ exemplum, in quo sic pugnet Spiritus ut supra carnem emineat, quamvis non sine vulnere. Pugnat enim adhuc qui non facit bonum quod vult; superat tamen in hac pugna qui nolens facit malū. Sed ablit ut propterea viētum in iis Spiritum dicamus de quibus hic agitur, id est in iis qui ad tempus faciunt malum quod magis volunt quam nolunt: nec tamen toti volunt: sicut ex aduerso non profus est viēta caro in iis qui sic bonum volunt ut tamen non toti volunt. Vtrumque enim est adhuc luctantium in eo certamine, in quo Spiritus, quamvis tandem viētor necesarior per Dei gratiam futurus, tamen varia sorte luctatur: vniuersitate illi Apostoli, licet de viētoria minimè dubitantis, ciulatus, Quis me liberabit ex corpore mortis huius? Quæ quum ita se habeant, inducet ex istis Germania quales isti sint conscientiæ medici, tum in morborum canis, tum in illorum remediis cognoscendis, & ita ut oportuit applicandis. Et haec tamen quidem hæc dicta sunt de hac à Scholaisticis exorta peccatorum distinctione, de qua si quis roget quid semel mihi videatur, dico, bona cum illorum doctissimorum alioqui Theologorum pace à quibus appellations istæ retentæ sunt, quantumvis emollitæ, mihi tamen videri hanc distinctionem potius ex Ecclesia penitus eliminandam, tum ut impropriam quinque modo explicetur, tum ut periculosisssimam. Voces enim istas ostendit Latini sermonis usus non posse propriè aliò quam ad ipsam peccatorum naturam referri. Nulla sunt autem peccata sui natura venialia, ne leuissima quidem præ aliis, ut apparent manifestè ex Matth. 5. 21. Stipendum enim peccati sine vltimâ exceptione mors est. Sin autem ad Dei iudicium istud referatur, Venialia sunt omnia peccata per Christi sanguinem abluta in electis, sic videlicet peccantibus ut dono quoque resipiscentiæ permanent beneficentiam semper donentur ante mortem, quoniam mutari vel falli Dei propositum non potest: unico peccato excepto, quod propterea Peccatum ad mortem vocatur, quia nunquam remittitur, id est que in electos non cadit.

Refutatio argumentorum quibus contenditur Davidem per adulterium & homicidium penitus amississe Spiritum Sanctum, & à fide proflus excidisse.

ATENIM, inquit D. Andreas pag. 467. nisi Nathan corripuisset Davidem, & David paenitentiā egisset, nunquam seruatus fuisset. Ergo exciderat à Spiritu Sancto & fide. Concedo antecedens, consequens autem nego. Peccauit enim David, at non totus, sed quatenus non regeneratus, sopropter quidam ad tempus intra illum, at non penitus sublatu homine peccare nolente, quem Propheta non illi restituit amissum, sed sub vulnere hominis peccare volētis ad tempus prostratum, per Dei gratiam, suos nunquam deserentis, crexit.

Kj.

Idem enim homo , vt modò diximus simul eodemque tempore,
peccat & non peccat, sic nolens vt velit, & sic volens vt nolit: quod
in solis regeneratis locum habet , cæteris quum peccant , nihil nisi
peccare volentibus, quum Apostolo teste , per se ne cogitare quidé
possint quæ Dei sunt. Et ad istos spectat istud Ioan, Qui natus est
ex Deo non peccat, qui tamen in eadem epistola, Filioli, inquit, ne
peccate : quod si quis peccari aduocatum habemus apud patrem
Iesum Christum. Et illud quoque, Si dixerimus nos peccatum non
habere, nos ipsos fallimus , de quibusuis profecto peccatis etiam
grauissimis loquens, vt ex tristissimis sanctissimorum etiā vitiorum
exemplis liquet. Et tamen verum est Dauidem peritum fuisse ni-
si resipisset, sed quatenus electus & regeneratus erat , non potuit
ipsi resipiscientia gratia degenerari , nec ipse per Dei gratiam non
resipiscere. Sicut enim Deus, quia nec mutari nec falli potest, elec-
tos suos ordinationis suæ respectu necessariò ad glorificationem
ipsis ante secula preparatā adducit, ita causas medias, toto illorū vi-
ta cursu, et si non pari semper vigore vegetas, vocationem videlicet
& iustificationem , nunquam sinit totas marcescere: sed prout
illi visu est, admetiri & fouere non desinit, donec in illis opus suum
in futura vita perficiat. Et ne videar temerè affirmasse, non tunc
fuisse Dauidē regenerationis Spiritu quem protus amisiſſet rur-
sus donatum, sed eum qui sopitus in ipso iacebat fuisse diuinitus
ministerio Nathanis excitatum : fateor quidem Dauidem in illis
suis tristissimis eiulatibus vti creandi & innouandi vocabulis, qua-
si de integro incipiendum esset in ipso diuinum illud opus: rem ta-
men aliter se habere , & has voces illi expressisse scelerum suorum
magnitudinem , saltem ex eo constare potest, quod ne postulare
quidem hoc potuit nisi eius ipsius Spiritus reliquiis quem postu-
labat, hos inenarrabiles gemitus illi dictantibus. Et hoc etiam ma-
nifestissimè indicat, mox petens ne hic ipse Spiritus quem petebat,
& cuius reliquias Dominus in ipso excitarat , ipsi auferatur, vnde
illud Psalm. 27.8. Tibi dixit cor meum, quærite faciem meam , voce
Dei videlicet in regeneratorum cordibus, post graues præsertim
Iapsus in regeneratorum animis, non secus atque Echo è concavis
locis resonante , vt ex mutuo illorum per fidem respondentium
consentu, emergat inuocationis fiducia. Aliud enim est contristare
Spiritum Sanctum , quod sanctissimis etiam interdum accedit,
quam penitus extrudere: & ille licet malè exceptus, tamē post ob-
iurgationes electos erigit, prioris illius felicis conditionis re-
cordatione ipsos confirmans , vt in illa Prodigii parabola nobis
ostenditur, Luc. 15. 17. & vt nos exemplo suo docet Dauid his ver-
bis Psal. 123.5. Recordatus sum dierum antiquorum, & omne tuum
opus sum meditatus.

Simonem

*Simonem magum nunquam veram illam fidem ele-
ctorum propriam habuisse.*

Sed & Simonis Magi exemplo pag. 462. persuadere nobis voluit D. Andreas posse aliquos excidere à fide. Lucam enim apertere dicere, quod crediderit Philippo euāgelisanti, & baptisatus perdurauerit apud Philippum, & conspiciens signa quæ Philippus edebat obstupuerit. Quasi verò ipsi etiam dæmones non credant, & non sitquædam fides ~~apōnai pōe~~, quædam etiam non penitus simulata, quædam mortua. Nos verò hic agimus de fide illa electorum propria, quæ Filij Dei carnem non tantum degustat sed verè comedit, & sanguinem eius verè bibit, ut ex ipsis spiritus vera energia & effectis liquet, de quibus loquens Iohannes, Iohan. 6.64. Nouerat inquit, à principio Iesus quinā essent qui in eum credebant, & quis cum esset proditurus, Iudam videlicet illum Iscariotem ex reliquorum duodecim discipulorum verè credentium numero excipiens: qui tamen Petri confessioni visus fuerat adhæsisse, Matth. 16. & fidem miraculorum habuit, Luc. 9. & nimirum penitus Christo credidisset quam Simon Philippo, non esset illum tam diu affectatus. Nihil igitur istud exemplum contra me facit, qui de Spiritu loquor testimonium Spiritui nostro reddente, quod Filij Dei simus, vel de verè non autem cortice, id est externa duntaxat professione, & Sacramentis tenus Christo insitis, ideoque exscindendis quia fructum in ipso non ferunt. Et ut ad ipsius Simonis Magi exemplum redeam, D. Osiandrum admonitum hic velim, qui pro illo suo ardentiissimo zelo continere se in illa collocazione non potuit, quin abrupto silentio inhas voces erumperet, *Si ad hūc modum semper licebit Scriptura sacra testimonia per glossas eludere, Credidit, id est credere se simulauit, quid tandem certi in vniuersa sacra Scriptura retinebimus?* illum, inquam, hic moneo, quem tunc non sum responso dignatus, ut si huic meæ glossæ non credit, saltem August. & collegæ suo hac in re certè doctiori credit, Sic enim August. hac de re tractat in Iohan. 6. Etiam si non credidit, sed quomodo crediderit sequentia posteriora demonstrabunt. Quomodo, inquam, non quandiu crediderit. Baptismum habeat, sed columba vescribus non barebat: erat in Ecclesia, non columba, sed coruus. Baptisma illi quid proderat? Noli ergo de Baptismate gloriari quasi ex ipso salutib[us] sufficiat. En quomodo quisquis baptisatur regeneretur. Et quinam potuit Spiritum Sanctum illum & fidem amittere, qui neum trum unquam habuit? D. autem Herbrandus pag. Theol. Compedito. Simo Magus inquit, verè est baptisatus, sed nec remissionem peccatorum accepit, nec est regeneratus, quia fide caruit. Ut profint Sacra menta, fidem accipientis accedere necesse est. Audis hæc D. Osiander? audis D. Andrea? Et num vobis vester ille collega domum reuersis,

aut iam vapulauit, aut deinceps vapulabit? Aut illum, utroque certe
vestrum longe in plurimis eruditorem, ut miserum illum non tam
tum extrema senectute, sed etiam cæcitate miserabilem, ne mori
quidem quiete & placide patiemini?

Saulem nunquam fuisse verè corde circumcisum.

Eiusdem est ponderis exemplū Saulis, quatuor paginis, nempe
474.475.476.477. à D. Andrea inculcatū, quem etiā ostendere
conatur. Circumcisione fuisse verè in Filium Dei adoptatum,
hac adoptione non modò ipsi oblata, sed etiam vetè & recipsa in
ipsum collata, à qua postea exciderit, istis vlos argumentis.

Primum, quoniam unica fuit Circumcisio. Fatoe, quum pro toto
Sacramenti accipitur, at non quum de parte duntaxat. Est enim
alia literæ, alia cordis Circumcisio, utraque sicut suo loco ostendi-
mus, quod ad Deum præbentem attinet semper coniuncta, at non
quod ad omnes recipientes attinet: excipiendis nimurum iis quos
propterea Prophetæ & Stephanus corde incircumcisos appellant.
Ridicule est tigiter ista conclusio ex ridiculo antecedente nascens.

Secundò, quanta est, inquit D. Andreas, profanatio nominis Dei,
dicere, Deum Circumcisione gratiam adoptionis in Saule infante ob-
signasse, qui tamen nunquam fuit adoptatus, ac si videlicet princeps quis-
piam promittens suam gratiam & amplissimum aliquod feendum mem-
branam ob-signaret in qua nihil scriptum esset. Sed quām crassa & quām
fatua, quæso, hæc est Sophistice? Ecquis enim unquam nostrum
somniauit, nedum ut dixerit Sacramentis in aliquo ob-signari gra-
tiam, Sacramentali promissione comprehensam, cui tamen illa
gratia non fuerit vel eodem tempore, vel antea collata: siue obsi-
gnari aliquid quod non existat? Et tamen hoc nobis, D. Andreas
impingere. pag. 476. & 477. & 487. ausus est. Et quæso, quo prætex-
tu? Quoniam, inquit, dicitis Baptismum esse gratiæ Dei ob-signationem.
Vbi vero tandem? In vestra, inquit, response ad thesin meam quar-
tam. Et quæ hæc impudentia est? Dicit Paulus Circumcisio
fuisse sigillum iustitiae fidei: Sed in Abrahamo, & in iis qui fidem
Abrahami secuti sunt. Ita & nos Baptismum diximus esse remissio-
nis & regenerationis ob-signationē, at non in quibus suis, nec sem-
per. Sic Euangelium est potentia Dei ad salutem, absolutè videli-
cet semper & in se se consideratum: relatè vero siue audientiū res-
pectu, solis credentibus odor virtutis ad vitam, cæteris vero, & qui-
dem ipsorum non Dei vel Euangeli virio, odor mortis ad mor-
tem. Sic panis quem frangimus, est communicatio corporis Do-
mini. Num etiam iis qui non sunt Christi membra? Et tamen hæc
est D. Andreas Logica, cui quisquis non assentitur sacram triadem
arguit mendacij, fallsum, impium, inauditum dogma in Ecclesiam
Dei iauabit.

Tertiū

Tertiò, habuit Saul, inquit D. Andreas perspicua Spiritus Sancti in ipso habitantis signa. At quānam : *obedientiam erga patrem.* At hæc quoque & quidem multò insignior in multis etiam à Dei fœdere prorsus alienis eluxit. Στόργας enim physicas non in omnibus abolere potest Satā. *Humilitatē egregiā erga omnes : patientiā & moderationē singularē prudentiā Rege dignā.* nempe ut regnū his artibus fibi pararet, & partū seruaret, nō vlo verē vlius pietatis aut syncreti in populi amoris studio, ut tota vita sua testatus est. Sed deimus veras fuisse istas in Saule virtutes, nec adoptioni tamē, nec regenerationi sanctis & filiis Dei propriæ istud tribui potest, quū multò clariora & illustriora talia Dei dona in plurimos alioqui prophenos collata passim in historiis legātur. Adde & Prophetiē Spiritū, quid hoc ad rē ? Fuit enim etiā Propheta & quidē Spiritu Dei insinuator prædictus Bileamus: & inter illos q̄ib⁹ est respōsurus Dominus. *Non noui vos, recensentur non modō qui Prophetarint, verū etiā qui Dæmones in nomine Domini eiecerint, ipsi interea impura vita sese mancipia esse Satanæ testantes.* Ex ipsis igitur falsō & inceptō colligitur adoptionis & regenerationis Spiritus.

Quartò, (inquit D. Andreas) dicitur *Spiritus Domini, id est Spiritus Sanctus à Saule recēisse.* Ergo prius eum habuit, quem post amisit. Nempe donum illud Spiritus quod habuit, at non illum sanctificantem Spiritum, solidum illud & perstans Dei fundamentum Spiritui, filiorum Dei testimoniis, cuius hoc est sigillū. Nouit qui sint sui Dominus, & Discendat ab iniuitate quisquis à Christo cognominatur.

Quintò, ait D. Andreas adoptionis Saülis patronus, non dicit Samuel Saüli, *Tu abiectus es à Deo, quoniam Deus te nunquam dilexit, & ab eo ad æternum exitium es destinatus: sed quia abiecti seruarem idcirco te Deus abiicit, ne sis Rex.* At enim ubi tandem definet ista calumniandi libido? quasi scilicet vel pereat quispam quem seruari volentem, Deus seruari nolit: ac non potius nemo verē seruari velit, nisi cui datum est ut hoc velit, & cui non detur eādem gratia ut seruari possit. Quasi quia nulli pereūt nisi quos Deus iusto exitio ab æterno destinavit: idcirco èternū hoc decretum sit ipsorum exitij causa, ac non potius ipsorum peccata, quorum ne causa quidem est Deus, sed sola illorum corruptio & peruersa in adultis voluntas. Etsi enim non magis falli vel mutari in unam quām in alteram partem Deus sustinet, ac proinde tam sit necesse salutis destinatos seruari, quām exitio deuotos interire: non tamen istorum exitij ut illorum salutis causa à Deo promanat. Nā Deus illos quidem suo Spiritu efficaciter vocatos immutat, agit, regit, donec eos in Christo, electionis, vocationis & glorificationis electorum principio medio & fine glorificet: istos verō in nativa ipsorum corruptione deserens, suis ipsorum concupiscentiis & Satanæ mancipatos tradit, varia sua in illis iudicia exercens, ipse nullius

mali ab ipsis cogitati vel perpetrati auctor , nec vlli debitor , nec vnquam illos nisi mortem æternam commeritos æterno exitio adiudicans. Non cōsequitur autem ex necessariis causis euenire quicquid necesse est euenire , vt recte & eruditè hac ipsa de re differens August. ostendit lib. de Ciuit. Dei quinto. Quotsum igitur illæ calumniæ? Quòd si etiam daremus , (quod tamen absit) ab occulto illo Dei decreto & energia sicut salutis in iis qui seruantur , sic exitij causas in iis qui pereunt promanare , quām tamen inepta , & quām ridicula fuerit ista conclusio , Saulem quòd perierit propter abiectum Dei verbum , idcirco non videri occulto illo Dei decreto periisse? Nec enim causæ subordinatæ causam superiorem tollunt , sed ab ea potius ordinantur : & quid obstat quominus quod oculatum initio fuit , postea patefactum ipso exitu dicatur ? Quòd si hæc ignorat , vt alia plurima D. Andreas , quæ ipsi notissima esse oportuit , vel ignorare se simular , nec illa scire alios patitur: an propterea hæreticus est Beza? Et de Saüle quidem haetenus.

Quo sensu dicantur Galatae à fide excidisse.

Cæterū profert etiam tuendo suo dogmati D. Andreas illud Apostoli Gal. 5. *Qui in Lege insufficimini , à gratia excidistis.* Acur nō etiā illa ex 1. Tim. 2.19. *Nonnulli naufragiū fidei fecerūt , & eiusdem epistolæ 4.1. quidam descident à fide:* & 2. Timoth. 2.18. *subuer- tunt quorundam fidem?* Inepta id quoque conclusione. Nam etiamsi concederem hic agi de illa ipsa fide quæ est electorum propria , ideoque semel data nunquam penitus adimitur , an nihil differt naufragus à submerso ? num vitæ nullum semen habet quisquis à recta valetudine per morbum etiam grauissimum excidit? & inter moribundum ac mortuum , an nihil interest? Nec aliter de Galatis illis sensisse Paulum , hæc indicant. Et ex eorum numero quorum fidem subuerterant Philerus & Hymenæus , idem Apostolus vasæ aurea & argentea domus Domini mox excipit , electos videlicet sic interdum ad tempus cadentes , vt tamen penitus nunquam excidant , quia solidum stat eorum fundamentum.

Quo sensu Paulus laborasse dicatur ne reprobis fieret.

AT idem Apostolus , inquit D. Andreas , contundit corpus suum , ne quum aliis predicari , ipse reprobis fiat . 1. Corinth. 9. versum 27. Ergo possunt electissimi quoque fieri reprobi , ac proinde penitus excidere. Imò sicut quatenus homo erat perfectè nondum regeneratus excidere potuit , ideoque ad remedium configit: ita quatenus electus & regeneratus erat , idèc excidere nunquam potuit : quia remedium perseverantiæ est amplexus. Quemadmodum enim cum electio-

electionis decreto immutabili cohæret necessariò perseverantia, licet non eadem semper constantia mensura perstantis donum, sic Deus suis nunquam supra id quod possunt tentatis, medias illas causas tempestivè semper suggestit à quibus pendet perseverantia. Sic & illud accipiendum est, *Qui stat, videat ne cadat: electis nimis ideo penitus nanquam excidentibus, quia datur illis prouide-re ne penitus excidant, etiam graniter lapsi.*

Et hæc quidem illa sunt D. Andreæ inuicta argumenta, quibus superest ut insignem qua me cura suis amanuensibus affectit calumnia diluam. Pag. 463. Quū enim ex me quæsiuisset, annon David adulterium perpetrans fidem & Spiritum Sanctum amiserit, scripserunt eius amanuenses me respondisse, *Nequaquam amisit, sed retinuit.* Et rursum pag. 464. annotauit me respondisse *Davidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem & Spiritum Sanctum* vnde ipse pag. 465. in suum illum ardentissimum zelum erumpens, *Nolle, inquit mille florenos, imo ne totum quidē orbem terrarum accipere* (vox profecta) nō tam fido doctori quam, ut loquitur Nanzianenus χεισμώπη & χεισουανθάνον conuenies) ut meis auditoribus proponere tā manifestè impia, quod videlicet perpetrates peccata corra conscientia scortatores & adulteri, si sint electi, reineant in ipso actu peccati, fidē & Sanctum Spiritum. Quasi videlicet peccatum nullum à Spiritu Sancto & fide dictetur, nedum ut horrenda illa sclera conscientia Spiritu Sancto David admirerit: quod absit ut vel ipse Satā ausit dicere: nedum ut mihi, per Dei gratiam, non impio nec prophano, quamuis miserrimo peccatori, vel tale quidquam acciderit cogitare, vel exciderit vocala vnde istud colligi meritò posset. Non igitur dixi (Deum testor,) Davidem perpetrantem adulterium, siue in adulterio perpetrato fidem & Spiritum Sanctum retinuisse, sed illum dixi quamvis adulterum ac etiam homicidam, (quæ fuerunt carnis non Spiritus opera) tamen, quoniam electus erat, aliquid Spiritus Sancti & fidei in eo fuisse seruatum, quod aliquandiu sopitum, Dominus tandem rursum excitauit. Hæc, inquam, etsi non fortasse totidem verbis tunc respondi, hoc tamen sensu respondi.

Appositam esse similitudinem à phreneticis & ebriis sumptam.

Superest denique ut & illud tanquam palmarium quoddam D. Andreæ adiiciam. Similitudinem à Lethargicis, phreneticis, ebriis desumptam qui mentis quidem vsum, at non ipsam mentem amittunt, his verbis sibi visus est D. Andreas aptissime cludere. pag. 4. *Lethargia alia ratio est, inquit, gratia Dei, fidei & Spiritus Sancti* (intellige istud, lector, de gratia: & fidei, & Spiritus Sancti energia solis electis propria) que non sunt substanciales hominis partes, sed Dei dona, que sunt a Deo datur, sic amitti quoque possunt: & re vera amitti sacra scrip-

tura testatur, orante psalte, Ne proicias me à facie tua: & Spiritu Sanctum tuum ne auferas à me, &, Redde mihi letitiam salutis tui. Hęc ille, quibus tunc respondere idcirco nolui ut ipsius pudori parcerem: nunc autem respondeo, quoniam illū non puduit tam inepita publicare. Vt à postremis incipiam: quānam minus aptè citari pro isto dogmate potuerunt, quām ea quibus manifestissimè destruitur? Orat psaltes in media tentatione, ne proiciatur à Dei facie. Ergo quamvis adulter & homicida, non erat tamen penitus proiectus. Quis enim docuit illum orare, nisi consolator ille qui nondum totus ab illo excesserat & fides, cuius reliquias per Dei gratiā retinuerat? Precatur ne auferatur ab illo S. sanctus. Ergo nō fuerat penitus eo spoliatus. Gaudium autē salutis quod amiserat, diuersum est ab ipsa salute à qua non penitus exciderat. Deinde, quām firma est ista cōsecutio? Deus illa dedit, ergo adimere potest. Nam Deus quidem, absolute considerata ipsius potestate, tam potest destruere quācumque fecit, quām illa facere potuit: si tamen usum & effectum illius potestatis spectes, quā hac lege dedit ut illa nunquā adimeret, adimere certè non potest: non potestatis defec̄tu, sed quia mentiri non potest, quod non posse, summæ potentia est: Et ita quoque conclusio quām ridicula: Deus adimere potest. Ergo re ipsa adimit. Nam & antecedēs illud falissimum est, vt modò dixi: & consequens ridiculum, nisi probet nihil à Deo factum vel datum quod perenne esse velit. At longè aliter Christus de Maria & hoc ipso loquens de quo nunc agimus. Maria, inquit, optimam partem elegit, quā nō auferetur ab ea: & alibi de electis omnibus in persona Petri loquens, Rogavi pro te, inquit, vt non deficiat fides tua. Postremò, quod est huius argumenti firmamentum, etsi natura differunt dona Dei, quae sunt qualitates creatæ, ab anima quæ Substantialis pars est hominis, atque adeò ipsius forma: in eo tamen de quo nunc agimus quām optimè inter se conferri possunt ista ac etiā debēt. Sicut enim anima est hominis ψυχή forma, sic Spiritus Sanctus per fidem, quatenus est qualitas ab ipso effecta, & per quam Christus cum suis beneficiis apprehenditur & credēti insinuatur, Spiritualem hominem informat: inde illud ψυχή & οὐρανική discrimē Paulo familiare. Quid obstat igitur quominus vt animæ facultatum usus ad tempus, manente ipsa tamen anima, interrumpi potest: sic etiam Spirituales Spiritus Sancti & fidei motus & actiones, non sublati, tamen nec ipsa Spiritus οὐδέποτε neque fidei intercidantur. Tantum autem abest: vt Spiritus Sanctus & fides in electis, quibus etiam propriæ & peculiares sunt, sint minùs firmum quiddam in homine spirituali quām anima & ipsius facultates in homine animali, vt contrà, morte homo ψυχή dissoluatur, οὐρανικός verò per hanc ipsam mortem proprius ad suam metam & consummationem perennem accedat.

Argu-

*Argumenta necessaria quibus colligitur electos nunquam
Spiritum Sanctum penitus amittere: nec profus
è fide vera excidere.*

Sicut autem nullum esse argumentorum illorum pondus ostendimus, quibus confirmare voluit D. Andreas electos posse interdum penitus à Dei gratia excidere, sic nobis contrarium dogma certissimis argumentis est confirmandum, & declarandus istius veritatis usus. Primum igitur illud statuo, fidem de qua agimus, illam esse certam notam qua seruandi à damnandis discernuntur, quod qui negat vniuersae sacræ scripturæ repugnat, ut aduersus illum non sit Theologis disputandum. At si ab hac fide potest quispiam excidere, præter quām quod nemo de salute sua certus erit, ac proinde non ex fide, sed ex incerta coniectura Deum inuocabit, nec quicquam impetrabit, Iacob. i. 6. hæc incertitudo aut ex Deo erit, aut ab homine inter certam persuasionem & dubitationem pendente. A Deo esse non potest, cuius incerta & nutantia decreta esse nō possunt, quum sit ipse immutabilis. Sin ab homine pendet hæc firmitas, illius stabilitum enertitur, & fulcimentū salutis in ipso homine statuetur, quo nihil est mutabilius si sibi relinatur. Ab utroque verò illud profici sci non potest, quin si diuini de nostra salute decreti exitus à conditione pendeat, quæ sit in hominis potestate (puta si velit credere, & in fide perseverare) quin ipsa hominis manu & potestate, non autem in solidum in Dei gratia, dicatur sita hominum salus: & ipsa Dei voluntas (à qua tamen pender quicquid est) ab hominis voluntate suspendatur: Apóstolo frustra clamante, nec electionem nec salutem esse voluntis aut currentis, sed miserentis Dei & efficientis in nobis, ut CREDERE sic etiam ut Velle & Facere: idq; in solidum non ex parte, ut rectè agnouit August. in Retractionibus: & scitissime inculcat Bernardus, Nos nihil esse in nobis nisi exitio digna, in Dei verò gratia, & per Christū misericordia, verè aliquid esse. Hæc autem omnia quū sint firmissima, consequitur, & decretum de seruandis in Christo electis, & causas medias immotas esse per quas Deus popositu illud suū exequitur: ac primū quidē vocationē efficacē, non ex nobis ullo modo, sed à Deo, ut inquit Lucas, cor aperiente & aures perforante prædestinatorum ad vitam: cuius effectum est vincū illud & nobilissimū instrumentum: nempe ἡλιοφερία & fides, qua Christū apprehendimus, ut in eo rum gratis imputato iustificemur, tum in nobis operante sanctificemur: deinde perseveratię quāvis nostra culpa sēpe interruptę donū, quę coronā apprehēdit: Has, inquam, omnes medias causas & à Dei vnius gratia esse affirmo, & in illo tā certas in electis quām firma & certa est ipsius immutabi-

litas. Et ne solis rationibus, non autem expressis scripturæ verbis
 niti videar: an non manifestè & necessariò firmitatem illam salutis
 electorum ostédit indissolubilis ille causarum nostræ salutis nexus
 à Paulo descriptus Rom. 8.30. & deinceps? Et si quid in illis incer-
 tum est, & à quo prorsus excidere possint electi, vnde illæ eiusdem
 Apostoli voces eodem loco subiectæ, *Quis intentabit crimina ad-*
uersus electos Dei, & Quis nos separabit à Christi charitate, &
 Nullam rem creatâ mihi pertuasum est posse nos separare à chari-
 tate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro? Et quomodo iu-
 stificati fide pacé habemus, nisi certò perseverantia donū cum si-
 decohæret? Et quomodo spes non pudicacit, quia charitas Dei (qua
 videlicet diligimus) effusa est in cordibus nostris per Spiritum San-
 ctum qui datus est nobis, si ab illo prorsus excidere possimus? Et
 quomodo stabit illa eiusdem Apostoli conclusio, *Si filij, ergo heret-
 des, si exhaeredari possumus, nec firmissimum illud est testimonium
 Spiritum nostrum certiorem reddens quod filii Dei simus?* Et illud
 Davidis Epiphonema, *In te Domine speravi, non confundar in æ-
 ternum, an temerè fuit à Davide effusum?* Et quum de Spiritu er-
 roris efficacia loquitur Christus, Matth. 24. 24. an temerè adiecta
 est conditio, ut sequuntur, si fieri posset, etiam electos? An sola Mar-
 tiæ Marthæ soror illi auferri non potuit bona illa pars quæ elegerat?
 Et pro solo Petro rogauit Christus, ne fides ipsum deficeret?
 Imò verò pro suis illis omnibus precatus est & exauditus, de
 quibus loqués, *Oues meæ, inquit, vocem meam audiunt: & Ego
 eas agnoscō, & sequuntur me: & Ego vitam æternam do eis, nec
 peribunt in æternum, nec rapiet eas quisquam è manu mea, nec è
 manu patris,* Iohan. 10.27. & Iohan. 6.37, *Quicquid dat mihi pater,
 ad me veniet, & cum qui ad me venit, nequaquam eiecerim foras.*
 Quinam verò fundata est Ecclesia super immotam petram: & qui
 confidunt Iehouæ sunt sicut mons Sionis qui immotus permanet
 in seculum: si vel minimus Ecclesiæ ciuis (id est verè electus, & in
 quo per fidem rata facta est electio) excidere ab illa rupe potest? Et
 quum, non obstante tanta & tam diuturna gentis Israëliticæ indo-
 mita defectione, ac etiam horrenda excisione, non possit tamen, A-
 postolo teste, excidere paustum illud Dei cum Abrahamo sanctum,
 sed adhuc spes sit Israëli reposita: an in singulari quopiam electo &
 credente istud euenire potest? Et quinam verum erit illud I. Ioh. 1.
 Exierunt ex nobis, quia ex nobis non erant: si fuissent ex nobis,
 mansissent utique nobiscum: si excidere prorsus potest à Christo
 qui semel verum factum fuit Christi membrum? Et quomodo so-
 lidum stabit illud fundamentum, Non it Deus qui sicut sui, si penit-
 tis illo fundamento quispiam excidit? 2. Timoth. 2.19? Immò, ne ij
 quidem necessariò pro semel exclusis habentur, qui iusto Ecclesiæ
 iudicio in terris, quod ratum etiam est in cœlis, Satanæ ad tempus
 tra-

traduntur, non ut pereat, sed ut sic domita carnis superbia, saluus sit illorum Spiritus in die Domini, suo videlicet tempore illis per resipiscientia donum exorituro.

Huius doctrina usus in erigendis perculsis conscientiis.

Nihil est igitur hac doctrina certius, nec aliud est remedium in grauiissimis illis temptationibus in quibus ipsa Dei memoria, non modo nos non consolatur, sed etiam redarguit, utpote quod uno Satanam, à quo nobis vel negligentia vel perfidia nostra exprobratur repellentes, dicimus cum Danide, Quid deciicis te anima mea, & perstrepis in me? Spera in Deo, quoniam adhuc eum celebrabis. Quinam id verò? inquiet Satan & perturbata conscientia. Excidisti enim à gratia, quae te centuplè nocentiorum reddit, & omnis ille accensus olim in te Spiritus consolator nunc protinus, ut tute sentis euanuit. Imò verò, regeret in hac temptatione positus, quam semel mihi anteriorum dierū memori, oblatam in verbo, & tum in Baptismo, tum in Cœna Domini in me obsignatam æternæ & immortæ electionis ac salutis meæ promissionem singulare Dei misericordia vera viuaque fide apprehendi, Dei veritate sola & iminoto ipsis proposito innitentem, ego, lice miserimus peccator, nec amisi nec amittere potui. Itaque in hac mea quantumuis graui perturbatione, in illius misericordiam & resipiscientiae promissiones respiciens, & ex animo iam nunc, (qui est unus ex præcipuis Spiritus Sancti motibus) peccata mea detestans, ad eum reuertor quem offendi: nec clamare desinā. Misericordia mihi Deus, secundum magnam misericordiam tuam, donec exaudiatur. Stat enim firmum illud Dei fundamentum, habens hoc sigillum, Nouit Dominus qui sunt sui, & Discedat ab iniuritate qui Christi nomen assunit. Et, ut paucis dicam omnia, æternum illud Dei propositum de vocandis, & per peccatorum quantumuis grauium gratuitam remissionem in Christi sanguine iustificandis, ac tandem glorificationis electis, est ipsis inferiorū portis inexpugnabile, nec Deum unquam eius pœnitit.

*Vera explicationis loci Pauli de Dei donis ἀμεταμελήσοις
à D. Andrea depravata assertio.*

Iudica nunc, Christiane lector, utra firmorem in eiusmodi lapsibus consolationem doctrina suppeditet, & quo pudore inculcare toties sit ausus D. Andreas peccatores non ad Verbum, non ad sacramenta, sed ad occultum Dei decretum à nobis remitti. Quid amplius? ne illis quidem quae sunt à nobis refutata contentus, hanc etiam Pauli dulcissimam illā sententiā hac ipsa de re pronuntiatam, nobis extorquere conatur, *Dona illa & vocatio illa Dei sunt eiusmodi*

vi eorū illū pānitere nō pos̄it; id est irrevocabilia sunt sicut & ipsum
 æterni nostri mediatoris pro suis in ipso electis, sacerdotiū secun-
 dū ordinē Melchisedeci, & p̄tāp̄n̄t̄r̄o. Cohārent enim necessariō
 nexus decretū patris de filij pro electis missione, & de eorū pro qui-
 bus mittēdus erat electione, vocatione, iustificatione, & secutura
 tandem glorificatione. Claudiaret enim alioqui, vel rueret potius
 fidei & ipse electorum basis. Sed audiānus D. Andreā mīniū
 certē, si hoc obtineret, extructorem domus Dei sed manifestum
 destrutorē. Non est, inquit, hac dictoriū Pauli sententia quæ per illos
 hoc loco falso & peruersè affingitur. Audis, Christiane lector, tonitrua:
 sed quæ Dei beneficio, in tumidas & fuliginosas exalationes de-
 finant. Quænam igitur hæc est falsitas & peruersitas: quod Deus col-
 lata dona non auferat ab illis quibus ea donauit. Quasi verò quod de
 certa donorū specie scripsit Apostolus, neq; lōgiūs à nobis protē-
 ditur, possit ipse potius D. Andreas nobis, sine falsitate & peruersi-
 tate, impingere, quasi siue vniuersaliter siue indefinitè à nobis ex-
 poneretur. Absit enim vt eosq; insaniamus, vt somniemus perpe-
 trua esse quævis in homines collata dona, siue quæ physica voca-
 mus, siue hyperphysica, siue in animā siue in corpus collata, quum
 bonū etiā illud Dei donū quod Fides quidē vocatur, sed op̄uavūm̄, (vt si hominis semē aut embryon formari cœptū, aut etiam, vt lo-
 quitur Iacobus, cadauer humanū hominē æquiuocè appelles) euā-
 nescat. Quænā autē illa sunt certa dona de quibus eo loco Apo-
 stolus, nēpe quibus Istrælem Deus sibi peculiarem adscierat, cæ-
 teris populis à fœdere salutis, teste eodem Apostolo Act. 14. 16. &
 Ephes. 2. 12. penitus exclusis: quæ beneficia testatur Paulus ita fir-
 ma esse, vt ne incredulitate quidem Iudæorum obstinatissima (qua-
 gens illa nunc quoque excisa est, nobis antea prophanis & 29. 20.
 in eorū locū ad tempus substitutis) possit vñquā illud in hac gente
 fœdus esse irritū, vt tandem, explero ex gentibus electorum nu-
 mero, res ipsa parefaciet. Hoc autem ita esse, id est hac ipsa de re A-
 postolus ibi disputationem instituisse si neget D. Andreas, age, ne-
 get etiam Solem meridie ortum esse: quod quim ad singulos ex
 quanis gēte, & quōuis tempore ad fœdus æternę vitę, vera fidē ad-
 scitos accommodamus, quid agimus quām quod necessariō ex illo
 Pauli dicto colligitur? Non est enim certē alia totius corporis Ec-
 clesia quām singulorum eius verorum membrorum electio, voca-
 tio, salus: quim vñus sit & idem singulorum seruandorum Deus,
 vna fides, spes, & salus: nec vera sit definitio speciei quæ vel vñico
 vero individuo in ea comprehenso non contueniat. Quid igitur a-
 llud indicat hæc calumniosissima accusatio quām ea ipsa de qui-
 bus me accusat D. Andreas, falsitatem videlicet & peruersitatem
 in ea sophistices specie quæ μεταβολὴ τῆς ἀρέως dicitur? Quid sibi vult
 igitur eo loco Paulus ex D. Andreæ sententia? Predicat, inquit, Dei
 verita-

veritatē, quod mētiri non possit, & seipsū negare nequeat, que veritas ad pios & impios pertinet, quibus Deus gratiam suam ex aequo offert. Sive ergo homines non admittant, sive admissam iterum abiiciant, ipse tamen Deus in se ipso sine pœnitentia est, & tota die ut Propheta loquitur, Expandit manus suas ad omnes peccatores, & per legatos suos nos rogat etiam turpiter lapsos, vt cum Deo in gratiam redeamus. Hæc ille, in quibus, Deus bone! quanta non tantum falsitas, sed etiam inscitia apparet, atque adeò quām pertinax manifesta falsitatis defendendæ studium, & quidem veri axiomatis obtentu occultatum? Deum enim mentiti non posse, & scipsum negare, atque adeò semper sui similem esse, verissimum est: & tantum abest ut hoc negemus, vt contrā hoc ipso posito principio, electionis & verae fidei, quantumvis saepe interruptæ, firmitatem immotam asseramus. Sed preterquām quod, vt nōdū dicemus, D. Andreas gratiæ nomine hoc argumento vritur ὡμοίωσις, istud *Sive gratiam admissam iterum abiiciant*, quid aliud est quām petitio principij, vt in scholis loquantur? Et quis illi concederit, salutis gratiam, omnibus, id est singulis, idque ex aequo diuinitus offerri? Deum ad omnes, id est singulos peccatores manus expandere? & singulos etiā grauiter lapsos per legatos suos à Deo rogari vt cum ipso in gratiam redeant? de quibus mox sigillatim dicemus. Illud denique quām impudenter ab ipso factum est, quod quæ de ipsa vocatione Dei dicit Apostolus, (quæ nihil aliud est quām decreti illius diuini patefactio) ad Deum ipsum transfert? Et quæ hæc est Græcæ linguae ignoratio, Deum ipsum vocare ἀνταπέλατον, id est quem nunquam vt ait Propheta, suæ sententiæ pœnitentiat? Quum enim hæc Græca vox, non nisi passiuè accipi possit, non ita significabitur, quod Deum nunquam sui pœnitentiat, sed quod nullum unquam pœnitentiat Dei: quæ sententia quid ineptius & minius accommodatè ad hunc locum dici potest? Sed ad rem ipsam denud accedamus.

A qua gratia non possint electi penitus excidere. Et, ne exterrueris quidem singulos ad salutem vocari, ne-dum ut interna singulis conferantur.

Dico quū queritur, An possint electi gratiæ ipsam Dei saluificam prorsus, sive ad tempus, amittere, semel ipsis collata: non subsistendum esse in iis beneficiis quæ in verbo & Sacramentis offeruntur creditibus, quum hæc ipsa sint de quibus in illis grauissimis tentationibus ambigunt conscientiae: (cuiusmodi sunt generalia & præcipua illa duo capita, Remissio peccatorum per gratuitam Christi iustitiam creditibus imputatam: & Noui hominis creatio efficax, tum in intellectu, tum in voluntate inchoata) sed ad pri-mam illam gratiam non quidem restâ, sed initio ab effectis facto

paulatim assurgendum esse, quæ à Davide per auris perforationem Psal. 40: à Christo sæpe per aures ad audiendum, & Ioan. 6. tractionis voce: à Luca Act. 16. 14. per apertioñem cordis: & Act. 26. 18. per apertioñem oculorum significatur. Hanc autem primam gratiam, qua homo tum ad intelligendum Euangelij vocem, tum ad credendum & sibi quod credit applicandum Euangelium disponitum interna Spiritus Sancti operatione, quo tandem pudore ausit D. Andreas dicere omnibus, in dō etiam ex æquo, singulis diuinis offerti? Nam ne vocatio quidem externa omnibus populis, nedum singulis hominibus offertur. Quot enim à condito & de prauato mundo Gentes, nedum singulares homines, extiterunt, extant & extabunt, quarum auribus ne nomen quidem Christi vel Euāgelij vnquam insonuit vel insonabit! Notus in Iudaea Deus, inquit David: & Non sic fecit vlli nationi. Et quoties à Mose & Prophetis foedus huic genti peculiare prædicatur? Et apud Lucam Paulus, Act. 14. 16. Deus, inquit, præteritis æratibus sinit Gentes viis suis incedere: & ad Ephes. 2. 12. Fuisis, inquit, extranei à promissionibus, spem non habentes & ðæm, in mundo. Quām falsum igitur, quām absurdum, quām ridiculum illud est quod tam impudenter audet D. Andreas asseuerare? Quid amplius? ne cum externa quidem vocatione, necessariò & semper est interna diuinis coniuncta: non tantum quod ad efficacitatem, sed ne quod ad ipsum Deū quidem externa voce seruorum suorum ministerio vtentem attinet: quod & verbi Dei testimonis euidentissimis, & rationibus firmis, & experientia, quæ est ipsorum stultorum magistra, in disputatione de prædestinatione hominibus non contentiosis probaturum me confido. Tantum hoc nunc dico, sicut verissimum est quod ait D. Andreas, nempe grauissimè quoque lapsis peccatoribus offerri salutis gratiam, (nam ecquis saluus esset nisi res ita se haberet?) ita quotidianā omniū seculorū experientiā docere falsissimū esse quod idē indicat, videlicet omnibus, id est singulis peccatoribus & grauiter lapsis, resp̄iscentiæ gratiam fide recipiendam præberi, nedum vt efficaciter singulis conferatur. Nec sanè potest hoc nomine Deus culpari, sine nullo modo hæc gratia offeratur, id est neque exterius neq; interius: siue exterius quidem, at non interius: quum nemini sit debitor, & mereantur omnes sine exceptione homines, non tantum nullam Dei vocem audire, verū etiam, quando Deo libet iusta sua iudicia sic exercere, exterius id audire quo ipsi magis ac magis gratiam quām auribus solis audiunt aspernando, & scipios indurando, mensuram suam impletant. Inde verò & istud consequitur, Deum non illudere, quum gratiam suam exterius non autem interius offert iis quos sanare nec tenet, nec vult: vt qui tuhc per verbum suum iusta sua iudicia non minus serio exerceat, quām quum per idem illud verbum gratiam

tiam suam exerit in iis quos seruare dignatur: ac proinde mirandum non esse quod Deus ne exteriū quidem omnes, id est singulos, homines, imò ne singulas quidem Gentes aut familias vocet: & quod quoescunque exteriū vocat, interiū tamen non vocet: sed illud potius esse admirabilis & ineffabilis bonitatis, quod aliquorum misericordi, efficaciter illos exteriū & interiū vocans, dignetur. Quod enim D. Andreas, ex Esaia citat, quum manifestè ad solum Israëlem spectet, non tantum ad omnes Gentes, sed etiam ad singulos homines detorquere, extremæ est impudentia. Et quod ait Paulus de Evangelij ministerio Gentibus quoque post eversum intergeritnum patrem destinato, nemo nisi communis sensus expers existimauerit vniuersaliter accipiendum, sed potius indefinitè. Quæ sit autem vniuersalis & indefinitæ enuntiationis differentia, puer vel mediocriter in Logicis eruditæ norunt: vniuersale videlicet enuntiatum falsum esse si vel vnum aliquid ab ea vniuersalitate exceptiatur, ut exépli gratia, si vel unus homo à deo dari potest qui non nascatur ita filius, falsum fuerit enuntiatum. Omnes homines nasci ita Dei filios. Ad indefinitæ verò enuntiationis veritatē, ut si dicas, Infantium quoque esse regnum celorum, satis fuerit vel vnicum aliquos inneniri de quibus id verè dicatur. Aequipollit enim vel affirmatum vel negatum enuntiatio particulari.

*Non sufficere perculsis electorum qui aberrarunt conscientiis,
si inbeantur bene sperare de reditu.*

Operæ pretium est autem aliud nodum hic soluere. Videtur enim res cōdē recidere, siue dicamus, (quā sententiā ego riteor,) nūquam penitus excuti in electis & vera fide iam præditis, sed tantum sopiri ad tempus quod ad sensum & energiam attinet, Spiritum Sanctum, & fidem ac fidei fructus: siue cum aliis, (in quoru tam numero non est D. Andreas, volens perire etiam posse ad salutem electos) doceatur excuti quidē penitus fidem ipsam & Spiritū Sanctum, peccatis contra conscientiam admissis, sed qui peccantibus postea per pœnitentiæ donum restituatur. At plurimum contra inter istec duo interest, nisi hoc adiiciatur, tam esse certam illorum resipiscentiam apud Deum, quam certa est & immutabilis electio: quod tamen apud istius sententiæ auctores & defensores non inuenio expressum. Præterea etiam si hoc exprimatur, considerare apud se vnumquemque velim, quantè sit opportunior in eiusmodi temptationibus hæc consolatio, Spiritum Sanctum docere nunquam ab eo penitus recessisse vel recedere potuisse, qui semel veræ fidei sensum habuerit; ac proinde certa cum fidei nunquam penitus extincta πληροφορίᾳ, petendam ipsi esse à Deo veniam ipsi minimè denegandam, iuxta illud Apostoli non tan-

tum vocationē Dei efficacem, Rom. 11.29. sed etiam salutē quam efficit in peccatoribus dolor qui est secundūm Deum , esse prorsus ~~ā p̄e C̄. μελ. 2.~~ Corint. 7.10. Nec dicere Apostolum Rom. 8.35. (quod tamen verum est) nihil posse impedire peccatores quominus per resipiscientiam Deo reconcilientur, (excepto vnico illo verè horribili peccato, quod quum nunquam remittatur , nunquam in electos cadit) sed nihil posse nisi separare à dilectione qua Deus suos dilexit, nunquam eos eiecl̄tūrus foras. Cogitet, inquam, Christianus Lector, quantò sit, & certior ex Dei verbo, quo uno nobis nitendum est, & ad recreandam magnitudine suorum peccatorū percussum mentē efficacior illa consolatio , quām si quis misero illi dicat , Reuera semel ipsum excidisse ab omni fide & à Spiritu Sancto , sed tamen spem illi fieri de integro nouæ ipsius adoptionis & reconciliacionis. Nam hoc certè in mentem illi venire non potest quin simul concludat, vel mutabilem fuisse Deum oportere qui penitus deferuerit quem semel elegerat : vel electionis exitum ab ipsius hominis voluntate pendere , ac proinde rursus incertissimo ac planè vacillante fundamento niti. Denique si non interruptum, sed prorsus abruptum est opus Dei in eiusmodi peccatis , quorum nescio an vltus etiam electus expers esse possit: quid aliud erit Christiani, quantumvis sancti hominis vita , quām perpetua quādam abolitionis & repetitionis huius foederis alternatio ? Et hic videndum est etiam atque etiam, ne si statuimus penitus excidisse quispam, Anabaptismi necessitati aditus aperiatur. Eget enim nouo introitu qui semel electus est foras. Nec firmius esse potest Baptismi sigillum quām res ipsa cuius sigillum est. Neque Anabaptistis satisfecerit ista similitudo qua vtitur D. Kénitius in Examine Can. 10. Trid. Conc. de Baptismo, quæ sic habet , *Sicut aliquis potest naui excidere ipsa manente incolimi , ita ex area Baptismi multi temere in mare perditionis proficiunt & pereunt: nauis vero ipsa permanet integra. Et si per gratiam Dei is qui exciderat ad nauem reuerti potest, non aliqua alia noua tabula, sed solida ipsa nave vnde exciderat, feretur ad portum satutis.* Regeret enim Anabaptista, hic non agi de ipso Baptismo in se considerato , qui semper est Baptismus promissionem gratiæ habens adiunctam , sed relatè ad eum qui baptisatur : neque de ipsa Ecclesia, (quæ semper Ecclesia est, & in hac similitudine rectius per hanc arcā quām Baptismus significaretur:) sed de regressu in istam arcam. Quod si per Baptismum ingressus est quispam in illam arcam, ex qua per peccatum penitus excidit : quomodo per hoc ipsum à quo excidit, absque noua alia tabula, eō vnde exciderat restituetur? Perinde enim est ac si dicas cum qui sit domo quapiam eiectus, cādem illa introductione à qua exciderat rursus in illam dominum restitui , quod est prorsus ~~αρύστας~~ , quum penitus eiecto necessaria sit alia noua introductio. Inde certè orta est illa Pon-

tificatio-

tificiorum doctrina, De peccatorum quæ Baptismum consequuntur, non per Baptismum, sed per nouum pœnitentiae Sacramentum remissione, & restitutione in integrum, & quasi per alteram tabulam in portum enatatione: quod dogma meritò repudiamus, quāuis non nisi resipiscientibus remittantur peccata. At si quis non ipsa ciuitate, sed tantum ciuiis iure ad tēpus sit priuatus, nec ita domo electus quin alterius saltem pedis partem in limine domus habeat, neque nouo iuris ciuitatis dono, neque noua prōtsus in illam dominum introductione ipsi fuerit opus, sed vera cū ciuitatis principe & patre familiâ reconciliacione.

Populos & familias posse à fide penitus excidere, electos autem ex illis populis vel familiis, non item.

Illud verò tuendo suo dogmati allatū à D. Andrea ex Ieremia de vxore per adulterium repudiata, & post alteras etiam nuptias à marito priore rursus assumpta, Dei quidem infinitam clementiam mirè commendat: sed nihil ad quæstionem propositam facit. Quærimus enim de singularibus personis. Illic verò vt & alibi sæpe de ipsa gente agitur, quam Deus absque villa firmitatis singulorum electionis mutabilitate, expleto electorum numero quos ex illa eligere constituerat, potest vt suo födere indignam, vel nunquam vel post aliquot demum quod definierit tempus restituendum abdicare: vt olim decem tribubus, & nunctoti Iudæorum genti, imò etiam maximæ orbis terrarum parti, firma nihilominus manete singulorum electorum & fide & salute, accidisse videmus. Et de hac quidem grauissima quæstione, id est de electionis & fidei sapienti vt loquitur Apostolus, & suprà firmam petrā collocato fundamento, hactenus dictum esto.

Falsum esse OMNES ritè Baptisatos Baptismi gratiam consequi.

Nunc verò tandem ad quæstionem accedo à D. Andrea maxima contentione agitatam: in qua Christianum lectorem obseruare velim, neq; hic agi de Pædobaptismo quem vtrinque asserimus: nec etiam ambigi an Baptismus adiūctam habeat gratiæ in Christo salvificæ promissionem, semper, quod ad Deum attinet, cum exteriore signo & ritu coniunctam: sed de hoc inter D. Andream & me controuerri, quod ille quidē singulis, sine cuiusquam exceptione, infantibus ritè baptisatis necessariò conferri fidem & Baptismi gratiam, magnis clamoribus affirmat. Ego verò nullis sacræ Scripturæ testimoniosis, neque rationibus ullis, quæ ex principiis Theologicis deducantur, istud concludi posse assuevo, atque adeò contrarium certis argumentis statuendum esse contendeo. Imprimis autem,

Mj.

agedum, ipsius argumenta excutiamus.

Primum, inquit, pag. 179. horrendū est dictu quod ait, multa millia infantū baptisarū qui nunquā regenerātur, sed in eternū pereant. Ego autem totidem istis verbis sim locutus nescio, nec temere istis amanuensisibus dubitare, fidem habere teneor. Sed ita sane sim loquutus. Mihi tamen res ipsa clamat propositum non fuisse numerare sive multos sive paucos quibus verbū Dei sit iplorum culpa odor mortis ad mortē, & quorum exitio cedant profanata Sacra menta. Sed hoc dictum volui tantum abesse, ut quemadmodum iste docet, quicunq; baptisantur, gratiam Baptismi recipiant: ut cōtrà quām plurimi, sive in infātia, sive adulti baptisati, vt appareat ex iplorum scelerata vita & imp̄enitentia, extra Christum pereant nunquam regenerati. Qod enim alio errore regere istum volens D. Andreas docet illiusmodi omnes à fide & regeneratione, quibus in Baptismo donati fuerant, excidere, non modò est petitio principij, vt in scholis loquantur: sed etiam iis firmissimis argumentis refellitur, quibus paulo ante demonstrasse me confido, veram fidem, quæ sola Christum & in verbo & in Sacramentis vèrè & re ipsa apprehendit, donum Dei esse, suis electis peculiare, ac proinde auctoritatib; ex illo causarum salutis electorum indissolubili nexu, quem proponit Apostolus Rom. 8.29. & 30. instabili alioqui futura electorum ἀνθρωποπλ; firmissima, quæ ibidem adstruitur. Horrendum est igitur profecto tam multis & extra Ecclesiam & in medio Ecclesie sūnu perire, sed an propterea falsū? Tota vērō tristissimū huius euentus culpa penes homines residet, non penes Deum, nulli debitoem, & cuius potius benignitatem in aliquibus, etiam pauculis, vt & ipse prædictus pusillum suum gregem appellans, & ipsa docet omnium seculorū experientia, seligendis & seruandis, quām iustam in cæteris perdendis δικαιομένα, vt loquitur Apostolus: quorum alij vēritatem diuinitūs omnium animis insculptam detinent in iniustitia: alij oblatum sibi Euangeliū vt ridiculum aspernantur: alij degustatum contra conscientiam persequeuntur: alij denique cum offendiculo audiunt.

Idem pag. 480. Spiritum, inquit, in Baptismo externo quem confingitis, ab aqua separatis quum docetis de adoptionis gratia & infantum regeneratione demum iudicandum ex motibus Spiritus Sancti quos sentiant si adoleuerint, & signa regenerationis ediderint. Vtrūque calumniosē, istud vērō etiam falso. Num enim Spiritus vita à verbo Dei separatur, eo quod non omne bonum semen in bonā terram cadat? Nū panis ille quem frangimus propterea per se non est corporis Domini uox, propterea quod indignè illum percipientes non sunt Christi membra? Num denique Lux à Sole seiungitur quod cæcis non luceat? Quinam vērō fiat vt & verbum integrum & Sacra menta tota quibusvis accendentibus præbeantur, nec tamen

mentorum verbi, nec totum Sacramentorum à quibusvis recipiatur, suo loco diximus. Manet autem integrum semper sacramentum in se: quamvis integrum non recipiatur ab indignis, quod sic paucis fecitissimè docet Augustinus contrà Donatistas. Non interest quum de Sacramenti integritate queritur, quid credat aut qualis fide imbutus sit qui acepit sacramentum: Interest autem permulsum, sed ad salutis viam, non ad sacramenti integritatem. Fieri enim potest, ut quis habeat integrum Sacramentum, & peruersam fidem. Non ergo separantur in ipso Baptismo in se: qualis est & semper manet considerato, quæ Deus coniunxit, quamvis signum solum ab indignis, & quidem non ut signum, ad mortem sumatur. Nec rem ipsam immutat illius abusus. Quod ad illud autem iudicium certum attinet siue de infantibus siue de adultis, absit ut id nobis tribuamus, quod de nobis iste scribit. Iudicium enim istud, ut mox dicemus, penes unum Deum resideret, nisi sit peculiariter de non nullis patet etiam. Et quod monet Christus ut de arbore iudicemus ex fructibus, verisimilis tantum & probabilis est conjectura, non autem prouersus necessaria conclusionis. Nam & videri possunt ex apparentibus fructibus bona esse arbores, quas tamen esse putres exitus tandem ostendit, ut in Saule, in Iuda proditore & aliis infinitis hypocritis liquet. Vt bonis etiam arboribus sive sunt hyemes, in quibus ne folium quidem virens ad tempus apparet, ne dum flos aut fructus: & sui quoque morbi non desunt, ut ex Davidis & aliorum sanctissimorum eisiam virorum lapsibus constat. Infantes autem omnes quinam ad adolescentia tempus, & illos Spiritus Sancti interiores motus reiiceremus, quum tam multi in ipsa infantia moriantur? Inceptiones sunt igitur illa quam ut ullam reservationem mereantur.

Idem pag. 485 declinans *Quaeritudo*, inquit, *salutis aut consolationis in Baptismo esse potest, quam homines docentur nullos infantes in Baptismo renouari?* Calumniò arreptum est aduersum me verbum RENOVARI ex wea Antithesi ad 7. Dogma à D. Andrea damnatum, quasi de iis infantibus illud intelligani qui in infantia moriantur: quibus quomodo, & quatenus possit tribui renouatio suo loco dicam. Aliorum autem, eorum videlicet qui adolescentia, sive in adolescentia collati momentum reltringendam, sed dixi & adhuc dico renouationem non esse ad Baptismi sive in iherusalem, sive in adolescentia collati momentum reltringendam, sed ab eo demum tempore quo Christum actuali vera fide ex auditu apprehendunt: quæ fides neque infantibus tribui, (ut mihi quidem videretur) potest, neque necessario coheret cum Baptismi prædicti tempore, quod utrumque mox idoneis ut spero rationibus ostendam. Neque vero propterea quod diuina de singulis aliis quibuscumque arcana iudicia non possimus pro certis, & nulla apposita conditione assuerare, idcirco nullus gaudij & consolacionis locus piis baptisatorum infantium parentibus, vel ipsis bapti-

fatis adultis relinquitur. Aliud enim est sic de re quapiam dubitare, vt vera sit an falsa prorsus ambigas: quam quod per se & absolute verum est, vt est electorum salus, alicui non sine conditionis incompta adiotione applicare, quem non eousque nosse possis vt electus sit, annon, & credat certò scias, annon credat, & tamen elec-
tum esse vel etiam credere non temere presumas. Itaq; tum infantium parentes iubemus (quantum quidc, relictis Deo arcanis ipsius iudiciis, existimare de ipsorum liberis licet, etiam ante baptismum forte mortuis, ac multò magis si baptisati fuerint) presumere suos liberos in Dei gratiam esse recepros, tum vt in Ecclesia natos, tum vt baptisatos: addita exhortatione vt sancta educatione sic illos instituant, vt, si adoleuerint, sui Baptismi mysterium intelligere, & vera fide ratum facere magis ac magis possint. Adultos autem fidem suam ore quoque testificantes, prout & quantum charitas in-
bet, pro verè fidelibus, ipsorum tamen periculo si fortè hypocrita-
fuerint, hortamur vt magis ac magis de sua salute in Christo, intus quidem per Sancti Spiritus testimonium, foris verò per exteri-
nā & in verbo & in sacramētis vocationē ipsis diuinitū testatam certiorati, sanctis omnibus bonis operibus illam in se se ratam effi-
cere satagant. Qydd si vltterius vult progredi D. Andreas, ipse vide-
rit quinam quod audet sibi & aliis tam certò spondere, sit re ipsa
præstirurus. Illud verò mihi quidem videtur ἀνύστατον, fidem ipsam
ἀπετάπελτον esse inficiari, & tamen tam certa & indubitata esse
velle quæ etiamsi D. Andreas largiter, tamen ipsomet teste, certum
exitum non habeant: & quibus hanc saltem conditionem, idque in-
certum, addi necesse sit. Si in fide perseuerent.

At enim, inquit idem pag. 480. nos debemus non opinari, sed certò & sine dubio scire, & in fiducia accepti baptismi credere, nos esse in baptismo regeneratos. Immo ne istud quidem satis recte, quum in adultis ad baptismū accendentibus fides, quæ certè Christum & omnia ipsius beneficia apprehendit, baptismum debeat ut ipsius οὐρανὸν & ἀπωλίδα antegredi: sicut contrà in infantibus (vt suo loco dicemus) fidem Baptismus antecedat. Sed hoc certè vt verissimè dictum concedo, veram hanc deum fidei esse, qua singuli sibi salutis in Christo promissionem, quam certissimè fieri pos-
tent, tum in verbo simplici, tum in Sacramentis applicant μη-
στὴν διατελέσθαι, vt Paulus & Iacobus docent. Hoc enim illud est donū de quo conseruando, & in nobis per opera bona stabiliendo præcipue toto vitæ nostræ curriculo debemus. Quid autem inde vult offici noster ille censor? Malè igitur sit à vobis (inquit) quid pios
parentes in perpetua dubitatione relinquitis, an ipsorum liberi per bap-
tismum acceptum in filios Dei adoptati sint. Immò pessimus est Logi-
cuss D. Andreas, tam dissimilia tam inepte colligens. Quis enim ho-
minum inquit Apostolus. Corinh. 2.11. nouit quæ sunt hominis,
nisi

nisi Spiritus hominis qui est in eo; & quæ Dei sunt, nisi Spiritus Dei. Itaque habere quidem fidèles singuli possunt salutis suæ ~~tran-~~
~~popopla~~ ex Spiritu Sancto testimonium reddente ipsorum Spiritu-
tui, ut alibi loquitur idem Apostolus, clamante videlicet in cordi-
bus ipsorum Abba pater: & ut inquit Iohannes, Per hoc nouimus
ipsum habitare in nobis ex Spiritu quem dedit nobis: & fateor
tum aliquatenus dignosci posse arbores ex fructibus, & iubere
charitatem ut ne de peccantibus quidem fratribus desperentius,
sed ut potius pro ipsorum resipiscientia precemur, nedium ut pro
verè Christianis fratribus eos non agnoscamus quorum proba &
honesta est exterior vita. Sed quum inde colligit D. Andreas posse
nos ac etiam debere de aliorum fide & regeneratione certò & in-
dubitabile, siue apud nos, siue apud alios statuere, in d. etiam, ut ipse
loquitur, iudicium ferre, fruatur ipse sanè hac sua temeritate.

*Deum nunquam illudere hominibus, etiam si promiscue Euangeli-
gratia rum in verbo simplici rum in Sacramentis offe-
ratur, quam tamen omnibus conser-
non constituerit.*

Idem pag. 488. ab absurdio cōcludere volens OMNIBVS (id est singulis) etiā reprobis (id est iuste suo tempore reprobādis) non tantum offerri sed etiam conferri baptismi gratiam, Cura enim inquit, *aut quomodo reprobis offertur, quod Deus nolit ab ipsis percipi?* Hæc illa est obiectio ex qua imperiti homines colligunt Deum à nobis statui qui hominibus illudat, nisi fateamur illū seruare constituisse aut saltē seruatos cupere quibuscumque Euangeli salus siue in verbo simplici siue in Sacramētis offertur, ut alias hinc etiā nascentes non minùs falsas obiectiones præteream de quibus in tractatu de Prædestinatione dicemus. Nunc tamen ut ad hoc respondeam, primum omnium dico vocationem latius quam elec-
tionis decretem patere, ut experientia ipsa docet, & testatur ex-
pressis verbis Christus, quum inquit, Multos esse vocatos, paucos
esse electos. Ex quo cōsequitur duplē statuendam esse vocatio-
nem, vnam videlicet quæ effectum suum sortiatur, alteram quæ sit
inutilis. Secundò, præsuppono vocationem efficacem substerni e-
lectionis decreto, ut ex plurimis Scripturæ locis penitus liquet, ac
præsertim ex illo insigni Pauli loco Rom. 8.30. vbi causarum nostræ
salutis seriem totam demonstrat. Tertiò, hanc efficacitatem id est
quod Euangeli promissio ab aliquibus, nempe ab electis, recipitur,
non à natura, non ab illa prævisione vel fidei vel operum, sed à
mera misericordia Dei, sicutoniam electis peculiari proficiunt, quod
existimo apud D. Andream nullis Scripturæ prolatis testimonii
indigere. Quartò, præmissionem ipsam Euangelicam verbi prædi-

catione explicata & Sacramentorum adiunctione sanctitatem, distinguidam esse ab ea gratia qua audientium corda ad credendum & ad illam fidem recipiendam preparantur, sive aperiuntur, ut loquitur Lucas, Act. 16, 14. secundum prædestinationis æternæ decretum, Act. 13, 43. His autem positis, necessariò consequitur illos vehementer hallucinari, tum qui Deo propositum esse dicunt, (voluntas autem Dei & propositum ipsius pugnare inter se non possunt) omnes eos seruari quibus vult Euangeliū prædicari & administrari Sacra menta, tum etiā multò magis eos qui cum D. Andrea, pro re certissima credi volunt gratiam Baptismi singulis titulis baptisatis non tantum offerti, sed etiam re ipsa conferri. Præposterus est autem eorum metus qui nisi istud illis concedatur, falsa & Deo indigna multa tribui somniant. Primum enim, inquiunt nonnulli, videbitur alioqui Deus ille omnis delectari, maximæ partis hominum exitio. Quasi verò Deo non tam conueniat iudicium quam misericordia. Iudicium autem eius in eo possum est, quod nullos nisi mortem propter peccatum iuste commeritos morti adiudicat. Cuinam est verò misericordia debitor? Immò, inquiunt alii, sic fuerit ipse auctor eorum exitij quos perdit. Ced quanobrem? Quoniam inquiunt, pereunt per Dei decretum. Nego. Sic enim Deus suo tempore perdit quos ab æterno perdere decrevit, ut tamen huius decreti exitus non a Deo profiscatur, sed à peccatis & eins fructibus quorum rei sunt quicunque ab ipso condemnantur. Itaque etsi ex decreto Dei, (id est prout Deus constituerat) pereunt, causa tamen efficiens, cur exitu mercantur, non est Deus nec ipsius decretum, sed pereuntium reatus; non à creatione, ne in Adamo quidem in quo omnes peccauerunt, sed à corruptione initium habens: & cuius corruptionis non fuit author Deus, nec suasor, sed spontanea hominis voluntas sponte sua Santanæ assentiens & à Deo deficiens. Hanc autem defectionem impedire quidem potuit Deus, sed noluit, ut pote nulli debirot; & quidem iuste, quia Deus est nihil neque volens neque nolens in iuste. Illam verò impedit potuit ac debuit Adamus, concupiscentia & seruitute peccati nondum in mundum ingressa, nec preceptio diuinæ & præceptio adiunctæ comminationis ignarus. Neque his obstat consilij diuini infallibilis exitus: quia cansarū contingentium naturam non tollit ordinatio diuina, ut suo loco declarabitur. Denique obiciunt isti rursus Deus ergo eumnam offert quod conferre non vult? Et quid hoc est aliud quam hominibus illud dare & aliud ore testari, aliud in animo habere? Respondeo, eatenus Deus hominibus per hominum ministerium consilia sua patetate, quatenus ipsi placet & prout nouit expedire. Inde sic ut per homines à se missos, & quorum officium est intravocationis suæ limites permanere, sape velit tanquam futura denuntiari quæ tamē euenire

enire nolit, idque non dolo malo nec vila dannanda simulatio-
ne, quæ in nullum bonum virum cadit, sed quia sic expedit, sive
per misericordiam seruandi, sive iuste perdendi consilium specte-
tur, ut ex infinitis penè testimoniis liquet. Sic veritatem, id est ima-
ginis diuinæ vestigia quæ ἐπόθελον vocant Philosophi in quibus
uis hominibus, immo & in singulis adultis reliquit, quasi perpetuum
præconem intus, etiam maximè surdis, loquenter, non cuius
vōce sentitur, quamvis salutis viam commōnēt, si veritas
illa præstari ab ipsis posset, sive ipsi possent ex eius præsc̄ ipso viue-
re, sed, sicut moneret Apostolus, ut sic fiant ~~ἀνταπόδοτοι~~ electis vide-
lent sic alibi, id est in semine benedicto, salutem quæsituris &
intenduntur per peculiarem Dei gratiam, ceteris verò tantò iustius
condemnandis. Eodem consilio usus Dominus Deus noster, ean-
dem Legem penè obsoletam in monte Sina Mosis ministerio re-
nouauit, non quā iustificaretur quisquam, nec ut circumcidet
corda, sed electos quidem suos sic occidens per Legem, ut eos ad
Euangelij suo tempore exhibendi vitam adduceret: ceteros non
quidem reddens ipse contumaces (nec enim contumacia effector
est Deus) sed magis ac magis convictos ostendens proflus ~~ἀνταπόδοτοι~~
~~λογίας~~. Sic duplex fuit Dei consilium in Ceremoniali tradenda
Lege, unum electorum respectu, qui in illa, tanquam in speculo,
tum quid ipsi merentur, quatenus illa fuit chirographus mortis,
vt loquitur Apostolus Coloss. 2. 14. tam gratiam per eum ipsis af-
ferendam contemplarentur, qui ipsorum peccata super aram crucis
erat iuitus: ceteris verò iusto iudicio diuino ab eo relictis qui
nulli debitor est, esset velut alter scopolus ad quem impingeret. Sic
etiam hodie per diuini Verbi ministros, promiscue iussos bo-
num seminare, plantare & rigare, relicta penes eum spe pro-
uentus, qui solus pro suo arbitrio dat incrementum, & prædicatur
Euangelium & administrantur Sacraenta: idcirco semper adie-
cta quidem gregi conditione (quam solus Deus in solis quidem e-
lectis praefat) SI RESIPISCITIS, SI CREDITIS: singu-
lis autem ouibus prout res incidit, præsertim in Sacramentorum
administratione, quæ singularibus personis præbentur, SI RESI-
PISCIS, SI CREDIS. Et hæc quidem generalia sunt. Si vero
specialia exempla requiruntur, sic Moses ad Pharaonem missus est,
non modò prædicente Domino fore ut non obediret, sed etiam ut
sic iusto Dei iudicio induraretur, id est arrepta, ut impij & perti-
naces facere consueuerunt, ex Dei de populi sui dimitendi manda-
to occasione, semetipsum sponte & contra admonitam conscienciam
obfirmans, gloriose illi Dei iudicio viam patet faceret proflus
~~ἀνταπόδοτοι~~. Sic Elias iubet populum excarcare ad quem mir-
tebatur, quasi idcirco missus, nempe quod ad longe maxima popu-
li partē attinet, ut exitus tandem ostendit: non quod Deus, vel seruo-

zum ipsius ministerium sint cæcitatibus causæ, quæ à sola contumaciam indomita rebellione proficiuntur, sed quodd mereantur per se ipsos magis ac magis excæctari: sit autem precipuum Dei in perdendis illis instrumentum, mala ipsorum mens & malus animus. Nec temerè locus ille Esai. sexies in N. Testam. aduersus Iudaorum excisionem repetitur. Sic contrà de suis electis seruandis solicitus Dominus, voluit Ninevitis à Iona prædicari quasi certam Ninevitarum intra 40. dies internectionem, hac vñs tanquam certò definita denuntiatione, quæ tamen erat duntaxat interminatio, quam nisi ut præcisam denuntiasset Dominus, aspernati fuissent Ninevites. Nec alia fuit mens Domini quam Ezechiæ per Iesaiam enuntiaret, Dispone domui tuæ quia morieris. Quis enim Dominum semel capta consilia mutare sine blasphemia crediderit? Non est igitur inanis illa distinctio in scholis visitata, inter voluntatem Signi & voluntatem beneplaciti, quam vocant: nec illud etiam licet malè à D. Luthero, rectè alioqui de re ipsa sentiente, damnatum, inter necessitatem consequentis, & necessitatem consequentiæ discrimen. Nec vñquam illudit hominibus Deus sincerè semper suos quidem electos vocans, iustificans, & tandem ad glorificationem adducens, cateros verò vel nulla vñquam Euangelica vocatione dignatus, vel Euangelio illis tantum proposito, ut eos siue illud auditore penitus dedigentur, siue id à se vel inuitis intellectum recusent, aut etiam degustatum euomant, tantò magis reddat ~~αναπολογίας~~.

Quo sensu dicantur infantes credere, & eius fidei quæ sunt in infantibus, ante adultam atatem morientibus, effecta.

PAlmarium autem argumentum quo D. Andreas & cum eo nonnulli abutuntur, hoc speciosissimo nititur fundamento duplice. Primum quod sine fide possit nemo Deo placere, ut potest sit vnicum Christi, tum in simplici verbo, tum in Sacramentis apprehendendi instrumentum. Deinde quod scriptum sit, iustum non ex aliena sed sua fide viuere. Hoc autem posito fundamento, quum dicat Christus ad infantes regnum cœlorum pertinere, & inter nos constet non minus esse baptizandos infantes quam Iudeorum olim circumcidendos, baptismō tamen, absque ipsorum fide vano & inani futuro: inde necessariò concludi omnes infantes, (quum ad eos regnum cœlorum pertineat, & sine fide impossibile sit Deo placere) vel ante baptismum, (de qua re nobis nullo Dei verbo constet) vel in ipso potius baptismō fide donati, a proinde regenerari, quum vera fides necessariò Christum apprehendat. Id autem manifestè quoque ex eo liquere, quod expressè dicat Christus Matth. 18. 6. & Marc. 9. 41. parvulos pueros credere. Quod si ipsis obiiciamus, fidem esse ex auditu, cuius capaces non

sunt

sint infantes: respondent istud, si de auditu externo accipiatur, ad solos adultos pertinere: nihil autem obstat quominus Deus possit infantibus quoque fidem interiore afflatu conferre, idque penè facilius quam adultis, in quibus viget illa intelligentia carnis & depravata rationis repugnantia: Hoc autem Deum & posse & vel le partim ex predictis testimoniorum liquere quod regnum caelorum ad ipsos pertineat: partim etiam ex Iohann. Baptista exemplo constare, qui, teste Angelo Gabriele, ab ipso matris utero Spiritu Sancto repletus, in eius utero exsilio erit ad Mariæ virginis salutinem. Sic autem mihi video paucis & quidem ordine complexus quae in nostra collocutione non minus perturbatè quam verbosè D. Andreas hac de re inculcauit, ad quæ ligillatim sic respondeo.

Ac primum quidem dico, etiam si quicquid isti argumento sufficiente præstrinxitur ultraq; ipsis concedatur, male tamen ipsos defensio singulis sine exceptione infantibus baptisatis affirmare quod indefinitè Christus de infantibus dixit, non minus ineptè quam omnes olim Iudei nomen seminis Abrahami iactabant, quod Paulus ad solos electos restrinxi docet. Rom. 4. & 9. & Gal. 3. Certè quoniam ut nouum fœdus veteri in eandem gratiam & fidem successit, ita baptismus eiusdem iustitiae ex fide sigillum sit atque olim Circumcisio, non minus falsò concludit singulos baptisatos infantes regenerari, quam olim singulos infantes foris circumcisos carne, fuisse quoque intus Spiritu Circumcisos.

Deinde argumentum à potentia Dei sumptum ne refutatione quidem indiget, nisi de eiusdem voluntate & ordinatione verbo ipsius patet facta nobis constituerit. Exemplum autem illud Iohannis Baptista rectè quidem citatur aduersus Cata-baptistas, non ut quibusvis nedum singulis id tribui dicamus quod illi fuit peculiari beneficio datum, sed ut liqueat Deum arcanam suam vim mirificam in quibus ipsi libuit infantibus exercere, ut in foedere suo conceptis & natis. Præterquam enim quod singulare est illud factum, ex quo colligi generalis nulla conclusio potest, ut tandem agnoscat ipse D. Andreas, pag. 494. si trahendum esset istud in exemplum, non esset à baptismo, sed ab ipsa gestatione in utero inchoanda infantium sanctificatio. Denique nemo neque rectius neque eleganter illud exemplum Ioh. Baptista quārum & quatenus valcat explicavit quam August. Epist. 57. his verbis, *Nec quod factum est in Iohanne contemporaneum, nec inde regulam quid sentendum sit de parvulis figo. Immò id in illo propterea mirabiliter predico, quia in aliis non inuenio.*

Locus autem ille Matthæi & Marci aliquoties à D. Andrea inculcatus, ad assertandam infantium fidem manifestè detorquetur. Nec enim ibi agitur de puerili etate vel fide, sed reprehenditur stulta discipulorum ambitione, proposito pueri exemplo, quod atas illa sit adhuc simplicitatis plena, & à liuore, ambitione, fastu, cæterisque

huiusmodi vitiis aliena. Itaque manifestè Christus rār puerorū qui in ipsum credunt appellatione, ætatem puerilem non àwōs, sed uārd tī respicit, eos ipsos intelligens quos Matth. ii. 15, idem Christus etiam abiectione & infantili ætati proprio nomine mātis appellat, nō ètatis profecto, sed sincerè & sanctè simplicitatis habitatione, sōcis & oueris huius seculi oppositos, de quibus Proph. Psal. 131. similis, inquit, in me fuit animus meus recenter à laetè de pullo: & Paulus, Factus sum omnibus omnia. Alioqui, si fide, & quidē ipso quo baptisantur momēto, ut iste contendit, fide illa iustificante infantes, & quidē omnes donarentur, magna esset causa cur quāplurimis optabile fuerit, non tantum xan̄ia, sed etiam rāc̄ eposi, contra doctrinam Apostoli mātis ev. Quod si istis parvulis qui credūt, placuerit illum ipsum puerulū, quē ibi pro puerilis simplicitatis exemplo aduocatū dicitur Christus in medio discipulorū itauisse, & cæteros etiā illi nō dissimiles accéseri, quoniā d̄entiuos dixit Christus, rād̄ ior rāto, id est ut puerulus iste, & rāv̄to māt̄s ior, puerulū talē, non repugno: sed addo grandiusculū iā fuisse, nec triennū aut quadriennū dūtaxat, ut nimis quoque confidenter diuinat D. Andreas, sed qui iam inter auditores Christi versaretur, & pro suo modulo docentem intelligeret & affectaretur, pueritia videlicet media inter infantiam & adolescentiam, qualia sunt illa rād̄ia, quæ speciatim Iohan. compellat i. Iohan. 2. 14. & 18. Et hoc ita esse liquet etiam ex verbo ouard uāl̄is ev., quod in infantiam & primam illam pueritiam non cadit, quamuis hunc dicatur apud Marcum Christus inter brachia recepisse, non certè quem ut sp̄p̄os gestaret, sed quem aduocatum benevolè & paternè amplexatus, mox apud se discipulis suis cinctus constituerit. Itaque ne i-
stud quidem D. Andream vel tanillum iuuat.

Istis autem prorsus àréx̄ois argumentis refutatis, superest fundamen-
tum illud verè solidum & firmum: quod videlicet in fœde-
ris æternæ vitæ formula vbique fides cum promissionis æternæ vi-
tæ efficacia connectatur, & vniuersale sit illud diētum, fieri non
posse ut sine fide quisquam Deo placeat. Hoc autem quum negari
nec possit nec debeat, & ad infantes pertinere regnum cœlorum
diserte dicat Christus: & sanctos eos esse pronuntiet Apostolus,
hinc rectè & necessariò concludi videtur, Infantibus tribuendam
veram illam fidem, qua de re nō eadem sunt doctissimorum etiam
veterum Theologorum sententiæ. Est enim hæc quæstio ex earum
genere, in quibus, propterea quod omnes multa cognoscimus ex
parte, variare sententiis, saluo nihilominus Orthodoxæ fidei funda-
mento, licet, modò vera doctrina de Originali corruptione & rea-
tu, & tum iustificatione tum sanctificatione, ac vita æterna in uno
Christo quærendis & per fidem apprehendendis conueniat. Con-
sentient igitur omnes, ne infantes quidem absque fidei interuentu
posse

posse Christo & eius beneficiis potiri. Sed quænam illa sit fides infantium meritò queritur, quum propter ætatem non sint ullius rei intellectu percipiendę, nedum ullius persuasionis capaces. Hinc factum ut illam fidem alij in Ecclesia, alij in offerentibus, alij in parentibus sitam esse velint, quæ passim apud Augustinum occurunt, infantes quidem accensente credentibus & fidelibus, sed ita ut epistola 23. neget illos mente ad rem ipsam annuere: & epistola 57. diuina scire: habitare tamen in illis Spiritum Sanctum, aliena videlicet fide offerente parvulum ad Baptismum, ubi forinsecus quidem Aqua exhibeat Sacramentum gratiæ, intus vero Spiritus opererur beneficium gratiæ. Hæc autem omnia obscurè tanè dicuntur, quæ obscuritas peperit diuersas illas scholasticorum distinctiones perplexas, quas ætatis nostræ doctissimi Theologi ut evoluerent statuunt non quidem ipsam fidem actu insundi infantium intellectui, sed eius tamen inchoationem quandam & veluti semen ac radicem, ut & regenerationis in voluntate: arcana & inscrutabili vi quadam Spiritus Sancti effici. At D. Lutherus, eoque progressus est, ut disertè affirmet & credendum esse doceat, infantes arcano & inscrutabili modo vera fide actu donari, & in intellectu ac voluntate in Baptismo & per Baptismum regenerari, ad Ecclesiam & offerentium & parentum preces impetrata: hoc duplice fundamento nixus, quod Deo placeant infantes baptisati, fide autem propria cuique sit opus, iuxta illud, Iustus sua fide viuet. D. autem Andreas ne hoc quidem dogmate indefinito contentus, contredit singulis sine cuiusquam exceptione infantibus baptisatis fidem dari & infundi, idque eo ipso quo baptisantur momēto: & quod penè est incredibile, non extraordinario sed ordinario modo, quoniam inquit, extraordinarium non est quod Deus fidem in infantibus baptisatis operatur. Sic enim loquitur disertis verbis, pag. 491. & pag. 492. quod prostremum ipsius dictum si verum esset, tum constituendus erit duplex ordinarius modus conferendæ fidei. Vnus per intrinsecum tantum auditū in infantibus, (nisi fortè velit aures quoq; corporis in infantibus aperiri): Alter per auditum extrinsecū & intrinsecū in adultis. In quibus autē afflatū extraordinariū intrinsecum statuimus? nempe in adultis repente per Spiritum Sanctum immutatis, ut in Prophetis, & in Paulo vñuenit: quam D. Andreæ sententiam Ecclesia dijudicandam, ut & alia nona & inaudita ipsius dogmata relinquo. Cæterū quis sum ego qui me disceptatorem inter tantos viros statuam? Dicam tamen quid haec de re mihi videatur, patratus in hoc quoque ut in cæteris, non certè D. Andreæ, neque ipsius similium, sed doctorum & veritatis amantium Theologorum iudicio acquiescere. Aliquam Euangelij notitiam, nedum Christianam illam στηροφού, in multis infantium antequam per ætatem fiant illius audiendi & per Spiritum Sanctum intelligendi &

vera fide recipiendi capaces, neque ex vlo scripturæ testimonio, neque vlla ratione firma, immò ne ex valde probabili quidem conc̄etura statui posse existimo, nisi si quando Deo libuit extraor dinē iniquopā vim illam suam mirificam exerere. Idem sentio de voluntatis, sive affectionis, quatenus iis hæc vita, vel recte, vel prauè gubernatur, innouatione. Nec puto ante D. Lutherū inuentum esse vilum vel ex patribus, vel scholasticis qui dogma illud asserteret. Lmo August. epist. 57. Scire diuina, inquit, parvulos quin e humana adhuc n̄ sint, si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsis sensibus nostris facere videamur iniuria n, quando id loquendo suadere studemus, ubi omnes vires, officia, neque sermonis supererit evidētia veritatis: & de cōuertione cordis, idem lib. de Bapti. 4. cap. 24. In Baptisatis infantibus precedit Regenerationis Sacramentum, & si Christianam tenuerint pietatem, sequitur in corde conuersio, cuius mysterium praecedit in corpore. Firmum autem præterea huic elidendo dogmati argumentum nobis ipsa experientia subministrat. Nam liquid tale in infantium animis aut voluntate Spiritus Sanctus efficeret: fieri ne posset ut ex tot myriadibus vni saltem quispiam ex illa prima infancia excedens, & firmiora nactus intelligentię & affectionis organa, fidei & regenerationis illius testimonium non ederet? At quem mihi dederis infantē adolescentē ætate futurū Christianum nisi auditu verbi quæ antè ignorabat, & quæ neq; caro nec sanguis docet edocet? Quod si tam certò statuendum est illos esse intellectu credentes, & voluntate renouatos, cur non etiam recens baptisator ad Cœnā Domini, ne de cogitationibus quidē prauis suspectos admittimus? An quod, ut videtur ex alio D. Andreæ dogmate inferri posse, omnes illi in infancia fide vera donati & regenerati, crescente ætate Spiritum Sanctum amittant, & sint ad elementa fidei per catechismum reuocandi? Omnino igitur illud dogma stabiliri nulla recta ratione potest. Sed & illa interpretatio dicti Augustini de Ecclesiæ & offerentium fide, quod videlicet per Ecclesiæ & offerentium preces fides infantibus donatur, est petitio principij, neque ex vlo ipsius Augustini loco potest colligi hoc illi in mentem venisse, qui tam expressè neget parvulos magis posse corde credere quam ore consiteri. Sed ipse Ecclesiam considerauit ut omnium fidelium matrem, & offerentes vel ipsos parentes infantium, vel alios parentum vicem & personam sustinentes: ut Ecclesiæ membra: ideoq; existimauit horum fidem ut vnum corpus mysticum constituentium cum ipsis infantibus, sufficere ad ipsos quoque infantes Christo inserendos: qua de remox dicemus. Illa vero inchoatio quæ veluti radicis ac feminis rationem habeat, quatenus mihi quidem videatur necessariò statuenda, mox explicare conabor.

Quid igitur audi patiēter quid hic sentiam, Christiane lector & diudica.

diuindica. Agnosco non tantum posse, sed etiam deberē infantes baptisari, ex Christi praecepto nō minus expresso quā olim mandata fuit Circuncisio: vnde sufficit ut pædobaptismum non esse rem vanam & ludicram, sed quādipinatis tum remissionis peccatorum, tum renouationis promissionem signis adiunctam habeat. Concedo etiam quamvis non quisquis in Ecclesia nascitur necessario sit ex electorum & seruandorum numero, in quibus solis efficax est tum in pædicato verbo, tum in Sacramentorum administratione salutis promissio: tamen, quoniam Deus illud discrimen soli in aliis diiudicandis integrum seruauit, singulis infantibus in Ecclesia natīs uberi Pastores baptissimum administrare qui etiam omnes infantes indefinite sint electi presumendi. At senior quoque tribus istis ut certissimis & immotis enuntiat: Ad infantes in Ecclesiæ corpore natos pertinere regnum cœlorū: Nemine ingredi in regnum cœlorū, nisi in Christo iustificatus: Neminē nisi fide sola in Christo iustificari. Ergo, inquires, fide quoq; & quidē illa vera & actuali, quę sola Christi iustitia apprehēdit infantes nisi oportet. Hic verò nodus ille perplexus occurrit, ex cuius explicacione pendet huius controvērsiæ vera decisio. Sua cuimq; fides ea proprieē esse dicitur qua sibi in heretice sit p̄dictus: cui opponitur aliena, id est quā sit in altero, quarū illa dicitur cuiq; ad salutē necessaria, ista verò nō magis cuipiā prodelle quā si diceretur quipia alterius anima vivere. Et hic est scopulus ad quē, vt mihi quidē videtur, impingunt quicunq; actualē fidei in infantibus, certissimo errore, teste quoque August. & scholasticis, imo omnibus ante D. Lutherū patribus, constituant. Quum enim fidei p̄reat notitia & assensus intellectus, ipsam quoque voluntatem afficiens, tribui infantibus nullo modo potest quin totidem constituamus miracula quo infantes in Ecclesia nascuntur & baptisantur: & quum paucissimi adulta ætate baptisentur, fides in nullis pene nascetur sed sentiri incipiet ex auditu: quā omnia sunt tā falsa vt sine pertinacia defendi non possint. At infantibus tribuitur fides sic aliena, quoniam in ipsis non inest, vt tamen pro sua in illis ex Dei pacto censeatur: ea videlicet fides, qua parentes non sibi solis sed suis quoque posteris æternæ in Christo vitæ ius, Deo semper, vt sapientia dixi, relictis particularibus in hac discernenda sobole iudiciis, per Dei misericordiam receperunt. Ero enim, inquit ille nobiscum pacifcens, tibi & semini tuo Deus, etiam in mille, vt alibi loquitur sui ipsius interpres, ad mille usque generationes. Num verò aliqui idcirco non semin sunt, quia vel ante baptismum vel post baptismū ante adultā ætatem ex hac vita euocantur? Immo in eo maximē sunt felix semē, quod absque certamine carnis & spiritus brauium in eo statim recipiūt qui pro suis omnibus certauit & vicit: vt mihi non sit Christum puerulis tam benignè in suas vlnas receptis

beneditissime, regnum cœlorum peculiariter illis addixisse, ut illis similes fieri staderemus (comparatè id quidem & *natura* & *natura* videlicet non *ratio* operatio) præcepisse. Nam alioqui nascuntur & ipsi caro ex carne, &c, quia in Adamo peccarunt, morti etiam æternæ in sece obnoxij, sed ut alieno simul & suo peccato peccatores, quia in eo erant qui sibi & suis peccauit, sic aliena simul & sua fide iustificati, quia in creditibus parentibus erant, qui sibi & suis ex fœderis formula crediderunt: illud quidem ut ex ipsis natura ad mortem, istud autem gratia ut ex Christo ad vitam: illud quia ex peccatoribus, istud quia ex creditibus nati. Duplicem enim personam sustinent sancti parentes, unam, ut prioris Adami filij, carnem gigantes, alteram ut in posteriorem Adamum per fidem adoptati, donum illud ad filios non iam suos, sed Dei transmittentes. Num enim deteriore conditione fuerint sanctorum progenies, in hoc sanctissimo & in æternum immutabili fœdere, quo salus æterna patribus & liberis in infinitum tribuitur, quam sint quorum uis hominum in ciuilibus omnibus contractibus liberi, in quibus patres sibi & suis descendenteribus omnibus de te quipiam pepigerunt? nisi si forte casu quopiam hereditatis iure exciderint, aut in donationis contractu cautum sit ut donanti liberum sit ex donatarij sobole quos voluerit feligere ad quos demum hoc beneficium sit transiurum. Et cur nam sicut iuris ciuilis fictione sui heredes una quædam esse persona cum patre censemur, istud quoque in ista spirituali generatione apud Deum non valeret? Huc enim nos ducunt illæ similitudines primitiarum, & totius maius: radicis & ramorū: non quod fideles ex fidelibus propagata fide nascatur: (nihil enim hic natura hereditarium) sed quia sancti ex gratia gigunt ex eadem gratia sanctos vi fœderis per fidem apprehensi: adeo quidem ut Apostolus de Israëlis gente quantumuis nunc excisa loquens, tamen propter Patres, quod ad electionem attinet, eam non in perpetuum excidisse testetur. Hæc illa est igitur parentum fides, sic aliena, ut electis eorum infantibus nascentibus facta sit sua ad fœderis in Baptismo obsignationem alioqui non admittendis. Nec est cur existimet quispiam doctrinam ex opere operato sic stabiliti, Nec enim piorum infantibus primus ad salutem auditus est Baptismus, sed ipsa ex piis parentibus propagatio: & illius fœderis obsignatio per Baptismum, non aliunde quam ex vi fidei parentum ex fœderis formula interuenientis oritura. Quod si quis amplius roget quid ergo nascentes electi ex piis parentibus infantes nascendo ex Dei in Christo gratia recipient, & quid Christi per Baptismum in ipsis obsignetur? Respondeo, rem ipsam postulare, ut quum infantes qui ad ætatem adultæ perueniunt pluribus morbis per se lethalibus laborent, quæ qui vel ante Baptismum, vel antequam adolescent baptisati moriuntur, pluribus isti quæ illi reme-

remediis ex ipso Christo petitis indigeant: quod qui non animad-
uertūt, non pauca in hoc argumēto non satis aptē nōnunquam ef-
fundunt. Nascuntur ergo infantes, etiam electorum, propter alien-
num simul & suum ex Adamo propagatum peccatum corrupti &
rei: sed nullis adhuc illius vitijs amarissimis fructibus coram Dei
facie contaminati. Sufficit igitur illis admirabile quidem & abdi-
tum ac inscrutabile, certissimum tamen, illud Sancti Spiritus in ip-
sis opus merē passuum, quo sit ut Christi membra nascantur cuius
ad mortem usque crucis obedientia ipsis imputata à mortis reatu
ipso absoltit, & æterna vita per imputatam eandem Christi insti-
tutam in ipso dignos efficit. Quod ad corruptionem autem atti-
uet cui obnoxij nascuntur, ipsorum Spiritus prius ex hac vita
in illam beatam euocatus quam corruptionis illius fructibus
contaminetur, illa certè specie renouationis non indiget unde in
adultis certainen illud inter Spiritum & carnem exoritur, sed ad
illum ipsum regenerationis gradum altiore multò & feliciorem
rectè transcendit, in quem apud Deum in Christo euhuntur qui-
cunque in Domino moriuntur. Tenera autem ipsorum corpora
semen quoque incorruptionis iam tum eiusdem Spiritus San-
cti virtute in eodem Christo recipiunt. Hæc demum igitur est
infantium electorum: in infancia morientium iustificatio, & hoc
illud est in ipsis regenerationis semen, quos merito felicissimos
propterea ducimus, atque adeò non opinamur, ut nos calum-
niatur D. Andreas, sed verè affirmamus. Verùm quoniam in-
ter Abrahami filios non omnes sunt hæredes, ut inquit Apo-
stolus, sed promissionis duntaxat filii (Deus enim nulli debi-
tor, quorum vult duntaxat miseretur, & etiamsi nullius misere-
tur, nulli iniuriam faceret, quum omnes in lese iræ filij nascan-
tur) & nostrum non sit ne in adultis quidem alios ab aliis pro cer-
to discernere, idcirco promissionis applicationem ad singulares
personas præsumere quidem possumus ac debemus Dei voluntate
freti: affirmare verò aliter quam probabiliter & cum conditione
nobis incompta, non scientiæ alicuius fuerit, sed meræ audaciæ
ac temeritatis. Hac igitur de re sic pro meo modulo statuo. Et ne
nouum dogma videar inuehere, Augustinum audiamus hac de re
14. Serm. de verbis Apostoli sic perspicue scribentem. *Quomodo*
credunt infantes? Fide parentum. Si fide parentum purgantur, peccato-
parentum polluti sunt. Corpus mortis in primis parentibus generavit eos
peccatores: Spiritus vita in posterioribus parentibus regeneravit eos fide-
les. Hæc ille rectissime quoque in eo sentiens, ex hac sanctitate, in
qua piorum parentum infantes nasci Apostolus testatur, colligi
debere negans illos Baptismo non indigere. Et Bernardus epist. 77.
In nationib (antem Circumcisionem videlicet) quotquot fideles inueni
sunt, adultos quidem fide & sacrificiis credimus expiatos, parvulis ani-

etiam solam profuisse, immò & sufficisse parentum fidem. Et ibidem Infantes quia hanc prohibente atate, non possunt habere fidem, hoc est cordis ad Deum conuerionem, consequenter nec salutem si absque baptismi perceptione moriuntur, non quòd vel ipsi quando baptisantur fide omnino careant, sine qua impossibile est vel ipsis placere Deo, sed saluantur & ipsi per fidem, non tamē suam, sed alienam. Dignum namque est, & ad Dei spectat dignitatem, ut quibus fidem etas denegat propriam, gratia concedat prodeesse alienam. Nec enim Omnipotens iustitia propriam putat ab his exigendam fidem, quos nouit propriam nullam habere culpā. Idem autem atque August. excepto D. Lutherō, & quibus satis est auctorē Ep̄a, doctissimos quoque Theologos ætatis nostræ sentire, id est Pædobaptismi fundamentum, non in fide vlla infantium actuali, sed in fr̄deris æterni formula quod p̄ij parentes fide apprehenderint cōstituere, ex ipsorū Catechismis & quam plurimis aliis liquet.

*Gratiam Baptismi quibusvis in baptismo ritè administrato
preberi, sed à solis electis recipi.*

DI XI In baptismo ritè administrato gratiam baptismi preberi à obser. Ad 21
Deo baptisatis omnibus, etiam si non à quibusvis recipiatur. Et tamen hoc quoque sibi ar-
quid est ista sententia verius? Et tamen hoc quoque sibi ar-
rodendum putauit D. Andreas, conquerens sic à nobis excludi
quos dicamus à Deo iam inde à conceptione & natinitate ad aeternam
damnationē: creatos, & ordinatos, quos Deus regenerari & saluari no-
lit. Ego verò in hoc responso quinam præbitam sibi gratiam reci-
perent vel non reciperent ne verbo quidem attigi. Sed nullam ille
sibi prætermittendam occasionem nostri apud imperitos ira du-
cendi existimat. Verum bene est quòd dentem impegit solido. Si
vult ille, ut certè vult sicut diserte in superiori obseruatione scri-
bit, omnibus, id est singulis, non tantum præberi, sed etiam cōferrī
baptismi gratiā: Ergo & fidem, quum præsertim mordicus teneat
omnes etiam infantes oportere actuali fide donari, alioqui futu-
ros Baptismi gratiæ expertes, ac proinde perituros. Ergo fides erit
omnium baptisatorum. Vtri verò credemus? num D. Andreas po-
tiū quam Christo, *Multos esse vocatos, paucos electos;* pronuntianti
quam Apostolo fidem non esse omnium disertè scribenti? quam
denique communi omnium seculorum experientiæ? Quòd si fides
est omnium, ergo & omnium salus. Negō, inquiet D. Andreas: nam
plerique à fide excidunt. Immò, si hæc exceptio vera est, nec perse-
uerantiae & resipiscientiae donum cum vera fide quantumuis spe
laborante & sopita necessariò cohæret, vbi spei nostræ firmitas? v-
bi nostræ πληροφορίæ in probationibus & castigationibus omni-
bus gloriatio? vbi Apostolicum illud, *Quis nos separabit à dilectione*
Christi? vbi illa χαρισμata αμεταμένη τa vbi decreti Diuini immuta-
bilitas, si à nostra instabilitate suspenditur? Denique si fides om-
nium

nium est ritè baptisatorum, & fides est ab electione gratuita non à nobis, omnes igitur ritè baptisati electi. Electorum autem cætus est Ecclesia, Ergo singula Ecclesia mēbra electi. Quinam vcrò dicetur eligere qui omnes accipit? Et quinam stābunt tot illæ Christi similitudines, de puris & impuris in visibili Ecclesia simul collectis? Et rursum, si hæc fides à Baptismo initium habet, ergo ante Baptismum excedentes omnes necessariò perituri, quum, si D. Andreæ creditur, nemo sine fide sua & propria Deo placere possit. Nec ramen ausus est in hac collatione D. Andreas omnes non baptisatos, sed solos Baptismi contemptores à regno Dei excludere. Sic autem secum configere hominum à vero aberrantium sententias necesse est. Et ne nunc quidem vides, Germania, quam Theologiam isti in sinu tuo doceant? Cæterum, vt etiam aliquid de eo dicam quod hic mihi impingitur, primùm magnam huius hominis inscitiam illud prodit, quod nos existimat Dei decretum à nascentium præceptu & natuitate exordiri. Nam si ita res esset, nascentium præ-existentia decreto Dei præiret, quum è contrario quicquid est, idcirco sit quod Deus decrenerit vt esset, quod nisi statuatur, consequetur esse à seipso quicquid est, id est, totidem fuisse, esse, & futuros Deos, quot res fuerunt, sunt, & erunt. Et illis insanis hominibus assentiendum erit qui mundum, corpus esse quoddam crediderunt Deo coæcum, & à Deo ceu anima quadam animatum. Deinde decreti de suo tempore propter sua peccata damnandis nonnullis, causa plana erit & perspicua, nempe quod in peccatis concipiatur. Hoc autem si verum est, cur Apostolus quælo ad æternam il lam & immortam Dei voluntatem assurgit? Sed & policit omnino contrariorum ratio, vt quiddam vicissim quum de electis agitur, vel re ipsa præexistens, vel in mente Dei præscitum in iis quos Deus seruare decreuit, seruandorum suo tempore decreto substernatur: quod dogma merè Pelagianum esse Orthodoxis omnibus constat: unde blasphemia etiam illa consequeretur, nos videlicet non in Christo, sed in nobis esse ante tempora æterna electos. Et hic rursus exclamare cogor, Germania, quî tandem fiat vt non animaduertas, cuius Theologiæ doctores in sinu tuo soucas. In aliis autem duobus huius quantumvis breuis obseruationis locis, duas pudendas calumnias se produnt. Nec enim vñquam diximus aut dicimus, nationem creatos & ordinatos: sed addimus huius decreti non quidem decernendi, sed exequendi causam in ipsis hominibus hærentem: nempe eorum quos damnat corruptionem & reatum, ipsiusque adeò in plerisque corruptionis fructus: quamobrem etiam isti ab Apostolo iræ vasa dicuntur, iræ vocabulo iustum in ipsis vasis iræ Dei causam, non autem in ipso Deo sitam demonstrante. Altera autem calumnia in his verbis posita est, *Quos Deus*

O J.

regenerari & seruari nolit, quæ sic ambiguè expressit D. Andrcas, quasi velint quidem isti seruari, Deus autem ipsorum voluntati resistat, & istis salutis viam captantibus felicitetur. At è contrario, quamvis verum sit Deum, qui nulli debitor est, eorum nolle mitteri quos in suis ipsorum peccatis relinquere ab æterno decreuit: tamen hoc quoque verum est, illorum alios idecirco nec aliam ob causam damnari quæm quod yeritatem Dei, id est *propter* eius notitiam Dei in iniustitia detinherint: alios quod Euangelij lucem prætereat vel penitus fuerint alpernati, vel degustata euomuerint: alios denique quod utriusque veritati & notitiae Dei hostiliter restituentur: quod singuli certè mortales facerent, nisi Deus eorum quos vult misereretur. Et quid tandem in istis est, quod ut verissimum concedi non opotet?

Quemadmodum antea audiuiimus D. Andream vanissima ratione affirmantem separari baptismum in sece, nisi sine exceptione factamur singulos baptisatos Aqua, etiam Spiritu baptisari: nunc magis etiam futili argumento idem contendit, non haberi baptismum pro lauacro, sed duntaxat pro signo, nisi omnes baptisatos fateamur eo ipso quo baptisantur momento regenerari. Homo certè mirè confidens: an verò Spiritu quopiam non tantum *propter*, sed etiam *admodum* ea mensura donatus, ut possit quoque ipsius efficacitatis Spiritus Sancti momenta dimetiri? At istud certè inanissimum somnium, ne refutatione quidem indigere apud satis sanæ mentis homines arbitror. Ad infantes quidem quod attinet in Ecclesia natos & diuinitùs electos (cuiusmodi non temere dixi cunctos præsumi) & antequā usum intelligentiae natūtē sint morituros, facile existimari, Dei promissione fretus, nascēdo inferi Christo, sicut ante pluribus exposui. De cæteris verò quid alter statuere nisi apertissima temeritate possimus, quæ eos tum demum regenerari quum vera fide ex auditu donantur? nisi si in nonnullis Dominus extraordinariam illam vim afflatus sui exercuerit. Hoc verò tempus quis hominū definiet? Ut autem quæ sit vis illius vanissimi argumēti onnes intelligant, quælo, an semē quodpiam non fuerit semen, sed vanum & fictum quidpiam: nec ratio est vera ratio, sed ludus aliquis inanis, nisi statim aruo creditum illud germinet, herbescat, floreat, fructificet? an nō qui accersitus à patre ut iret in vineā, illius vocem aliquādiu tantopere aspernatus, ut se illuc iturum non esse contumaciter testaretur, postea resipiscens, tum demum fuit ea patris quam contempserat voce affectus? Num verò somniat D. Andreas tantam omnibus diuinitūs vocatis tribui promptitudinem fidei & alacritatem animi quanta fuit Abrahami, filiorum Zebedæi, Matthæi, & cæterorum eiusmodi? In qua rationis ullius specie imaginatur vel Circumcisio olim, vel nunc baptisatis infantibus ad adultam ætatem peruenturis, fidem recipia

Ad 3.

obserua-

tionem in anti-

thesia.

re ipsa dari prius quam adulti facti, vocem audiant Euangelij, & Domino cor illorum aperiente credere, incipiant? Quem enim vel unicum inter tot myriadas dederit D. Andreas, qui adultus factus, de mysterio salutis quicquam teneat, nisi quod adultus auribus hauserit? Et omnes tamen in infantia baptisatos, si D. Andreæ creditur, affirmandum est, ut vis sua baptismo semper constet, eo ipso quo baptisati sunt momento vera fide actuali donatos & regeneratos: modo scilicet quodam incomprehensibili: quam eriam fidem ac regenerationem, proinde incomprehensibili itidem modo omnes amittant, prout ex infantia ad ætatem firmorem accedant. Denique ut semel expediatur hic nodus, ausit-ne dicere D. Andreas, eos qui vel nulla, vel simulata fide, vel hæretici in hæreticorum Ecclesia, baptismo tamen Christi baptisantur, aut Baptismi gratiam eo praesertim momento consequi, aut resipiscere nunquam posse, aut si resipuerint, & ad fidem Orthodoxam peruenient esse rebaptisandos? Nequaquam opinor. Ergo suis illis Baptismus non eo certè momento quo fuerit ipsis administratus, sed eo demum tempore quo resipuerint, nec fortassis ante extremum viræ halitum profuerit. Fallsum igitur & ridiculum est illud dogma, qua de re loquens expressè August. plurimis locis aduersus Anabaptistas & Cypriani errorem, *Quamvis, inquit, apud hereticos vel schismaticos idem sit baptismus Christi, non tamen ibi operatur remissionem peccatorum, propter discordis fœditatem & dissensionis iniquitatem: tunc autem incipit valere idem baptismus ad dimittendam peccata quum ad Ecclesiam pacem venerint, non vi: ille baptismus quasi alienus aut alius improbetur, aut alter tradatur, sed ut idem ipse qui foris propter discordiam operabatur mortem (intellige nra' crucifixione, nec enim mors est ab ipso baptismo, sed à baptismi abuso) propter pacem intus operetur salutem.* Quid si verè Theologus fuit Augustinus, quid de D. Andrea sentiendum, cuius hæc verba sunt pag. 454. digna certè quorum ipsum magnopere pudeat. *Quid Spiritus Sanctus in baptismo legitimè administrato vim in baptismo latetem non exerat, eo ipso tempore quo homo baptisatur, mihi valde nouum & mirum est audiui. Quasi verò vel Spiritus Sancti vim abroget, vel ipsius baptismi ordinationi quicquam detrahat accendentis indignitas.*

Thef. V. D. D. Vvirem̄b.

In hac questione assertio nostra hac est: Baptismum non signum dunt taxat, sed lauacrum regenerationis verè esse.

Antitheſ. V. Th. Bezae.

1. Verbis quidem non afferitis, sed in explicatione verborum re ipsa facitis. Quoniam subfatu in significando duntaxat collocatis.
2. Etsi distincta res est, externa actio Baptismi, & interior vis Sp. san-cti: tamen propter Dei

ordinationem externa actioni recte tribuitur vis Spiritus sancti, cuius proprius effectus est regeneratio. Separatio autem hæc errorem Schyvenckfeldianū lapit.

3. Duos Baptismos faciunt, dum à proprio effectu Baptismi, qui est Spiritus sancti, aquam excludant.

Th. Bezae Responsio ad marginales annotationes D. Andreae.

Calumniatur nos D. Andreas quasi Aquam & eius aspersionem pro nudis & inanibus signis statuamus: quam etiam putidissimam calumniam in ipso collatione inculcat. Quid si igitur illa NIHIL esse diceremus, quantos clamores attolleret? Et tamen de ipsis diuinis verbis & Sacrementorum administris sic loquitur Apostolus, qui tamen alibi dicuntur τὸ θεῖον οὐρανόν: comparatè id quidem fatore, sed minimè hyperbolice, si quis interius opus quod unius Dei est, cū eo cōparet quod ipsi foris agūt: Sunt enim omnia quasi nihil præ opere unius Dei Ceterūm hoc etiā loco videat, obsecro, Christianus lector, quanā rū scientia tum conscientia nobiscū agatur. In tractatione de Cœna Domini, clamitant isti nuda constitui à nobis signa, nisi ipsummet illud essentialē Christi corpus In, Sub, vel Cum illo pane, iridēque sanguinem illum ipsum pro nobis effusum, In, Sub, vel Cum illo vino re ipsa sistamus: qui tamen ipse sanguis ē vulneribus Christi stillans quō deuenerit, & an rursum ab ipso resurgentē sit idem ille receptus, curiosum ac etiam prophanum fuerit disputare: in quas tamen cogitationes ista ~~uxatā rō~~ p̄r̄t̄ interpretatio mentes hominum abripit. At isti hoc ipsum admittunt in baptismō, cuius nos in Cœna Domini insimulant, ut qui pro re baptismi, non ipsum Christum, sed eius duntaxat beneficia, ablutionem videlicet à peccatis & regenerationem statuant. Atqui ut suo loco declarauimus, nunquam est vel ab agro fructus, vel à fructu ager separandus: & beneficiorū à Christi per fidem, tum in simplici verbo, tum in Sacramentis apprehensi plenitudine in subiecta sua membra redundantium particeps esse nullus potest, qui non sit unum cum illo factus. Itaque qui baptismum vocavit regenerationis lauacrum, dixit quoque Christum ipsum per

per Baptismum indui: & quamvis Sacramentali forma speciali dicamur in baptismo sanguine ipsius ablui, in cœna verò carne & sanguine ipsius pasci, nihilominus tamen Apostolus alibi indicans utriusque Sacramenti vnum & eundem cōmunem esse scopum, nostram videlicet cum ipso spiritualem vnitatem, elegans tissima permutatione dicit nos in vnum corpus baptisari, & uno potu in vnum Spiritum potari. Immò dicit ipse Christus in simpli ci quoque verbo manducari carnem illam suam quam datus erat pro mundi vita, quo nihil expressius & augustius de Cœnæ Domini mysterio ne cogitari quidem potest, vt omnibus non contentiosis satis liqueat, nihil amplius in Sacramentis quām in simplici verbo querēdum: nec sacramentalem præbitionem & perceptionem ab ea quæ sit in simplici verbo re ipsa, quæ diuinitus vtrebique præbetur per fidem sumenda, sed præbitionis modo dif ferre: quoniam videlicet hic quidem per aures duntaxat, in Sacramentis autem Verbo adhibitis etiam corporeis & sensibilibus aliis signis, Spiritus Sanctus nos docet: & magis ac magis capiti nostro, nisi per nos steterit spirituali nexus agglutinat.

Ecce verò nouam signorum nuditatem in Baptismo comminiscitur D. Andreas, Vnam quam ipse sic describit pag. 454. *Tolle ex Sacramentis substantiam rerum signatarum* (audi, Christiane lector, si signatae res aliquæ sunt in baptismo, ergo & aliqua illorum signa, quæ res illas significant: & ista quidem externa sunt & videntur, ille verò internæ sunt & intelliguntur: & tamen hæreticus est D. Andreae qui externum baptismum ab interno distinguens, duplum facit baptismum) & earum quoque effectum & usum, quid quaso, nisi nuda signa relinquentur? In his verò tam paucis quām multa sunt errata: Quis enim ipsis Sacramentis etipere possit quod Deus cum signis coniunxit: nisi quis fortasse fortior est Deo? Deinde sublati rebus signatis, non certè nuda sed nulla signa remanerēt, quum hæc sit relatorum natura ut uno posito utrumque ponatur, sublati utrumque tollatur. Præterea quām est absurdum rem ipsam ab ipsis abusu non discernere, & ex effectu per vitium patientis impedito, de causa efficiente deminutum aliquid putare? Non sit ergo Euangelium potentia Dei ad salutem, quoniam incredulis eius repudiatio est exitialis. Non sit Sol lucidus quoniam cæcis non lucet. At lögè rectius D. Herbrandus pag. sui compendij 619. Diligenter, inquit, distinguendum est inter baptismum ipsum sine substantiam baptismi, & usum vel fidem quam in usu baptismi accedere necesse est, si salutarem esse velim. Et mox. Substantia enim Sacramentorum non pendet à dignitate & fide dantis (videlicet ministri) aut accipientis, sed ab ordinatione sine institutione diuina, cuius veritatem incredulitas hominum non evanescat. Non separatur ergo gratia baptisini à signo, sed ab indignè accedente neglecta non percipitur, cui O iii.

propterea aqua non est sanguis Christi, nec ablutio aquæ est lauacrum regenerationis efficaciter, id est ad salutem : sed contemptus utriusque cedit eis ad mortem. Et quorsum plures attrulerim vel rationes vel testes? Audiatur ipse D. Andreas pag. 487. laudans illud August. vt piè dictum, & meritò quidem, *Contemptores Sacramentorum, priuantur gratia Sacramentorum, id est gratiae baptismi sunt expertes.* Nam alioqui nemo priuat eo quod nunquam habuit. Sed si hoc verè probat D. Andreas, & ita fiunt nuda signa, quinam hoc ipsum recte probat in August. quod vt graue ac penè inexpiable peccatum in nobis reprehendit? Quæ quum ita se habeant, cuius est pudoris & conscientiæ nobis impingere, quod Substantiam Sacramentorum in significacione DVNTAXAT collocemus? Nam si Sacramentorum appellatione D. Andreas, sibi ipsi repugnans, Aquam & aspersionem aquæ duntaxat intelligit, tantum absimus ab eo quod nobis imputat, vt contrà ne culpa quidem indignè accendentium detrahi quicquam signis ipsis quod ad Dei ordinationem doceamus, sed eorum duntaxat fructum impediri. Sin verò Sacraenta òlæ considerat, quinam in signorum significacione, subsisteremus, quæ, exclusis signatis rebus, signa esse desinrent? Immò quinam illud interius ab exteriore separaremus, qui duas baptismi, quatenus unum quiddam est, partes essentiales contra D. Andream, baptismum videlicet, id est ablutionem aquæ exteriorem, & Spiritus Sancti interiore tuemur? Altera verò signorum denudatio, non tantum ineptè excogitata, sed etiam in Deum granissimè peccans mox à nobis explicabitur.

De hac re, id est quid sit huic Aquæ & ipsius aspersioni tribendum, dicam in obseruationes ad antithesin nostram ad primum & secundum dogma. Nunc tantum obseruet Christianus lector actionem quidem à D. Andrea tribui aquæ, vim autem per quam agit aqua tribui Spiritui Sancto, ita videlicet vt regeneratio quod ad regenerandi vim attinet, sit Spiritus Sancti: aqua verò ipsa per eam virtutem quam in ipsa & per ipsam Spiritus Sanctus exerit, regeneret. Quod autē de Separatione repetit, nescio an SVvēkfeldianum errorem sapiat, (nam per pauca illius fanatici hæretici legi) sed, vt aliquoties iam ostendi, vel magnam inscitiam, vel impudentem calumniam spirat.

Miraret D. Andream nobis hanc sophistiken reponere duorum baptismorum, nisi meminisset illum in tractatione de Cœna Domini vnicam quoque mandationem oralem statuere, diuarum rerum diuersissimarum, nempe panis & corporis, vini & sanguinis Domini. Sed quinam tandem istud possit ad suam baptismi unitatem accommodare, ipse viderit. Hinc certè, quantum quidem ego coniicere possum, concludere oportet: ablutione baptismi extera, tum Aquam, tum aliiquid essentiale cum aqua recipi, sicut oris assumptione

RESP. DE BAPTISMO. III

sumptione externa cum pane corpus manducari, & cum vino sanguinem bibi contendit. Sed quominus ita sibi constare videri possit D. Andreas, ex eo constat quod pertinacissime negat, ut ex istius collationis principio liquet, aquam in baptismo adhiberi ut sanguis Domini sit res per eam signata. Obsecro verò aquanegare Sacramentale signum sanguinis Domini, quid est aliud quam hoc ipsum manifestè facere quod falso nobis tribuit, nempe aquam à baptismo excludere? Nam quod neque signum est, neque res signata, quinam fuerit pars baptismi?

Sed hoc opere potuit ipsi condonari, ut qui pag. 456. vtcumque
resipiscens, agnoscat si partes baptismi inter se conferantur, aquam
esse signum sanguinis, & aspersionem eius esse spiritualis mortifi-
cationis & regenerationis significationem & representationem.
Quod si totum unum quiddam cōpositum non discerpit nec mul-
tiplicat, qui pates eius essentialis distinguit, quo potius quam ipso
D. Andrea teste & indice redarguerim quod falso nobis impingit:
pro baptismo videlicet qui & auctor consideratus unicus est, duos à no-
bis inuchi? Nam contra docemus in illo uno tum signum materiale
& visibile, (nempe aquam illam,) tum rem signatam, (nempe san-
guinem Domini,) intenti soli visibilem: tum ritum unum externum
sensibus corporis expositum, & qui propriè baptismus dicitur,
(nempe aspersionem aquæ qua corporis sordes abluuntur) tum ap-
plicationem sanguinis Christi impropriè baptismū, appellatam,
quam sola fides illa videt & apprehendit, & qua regeneramur, in
vno baptismo distinctè considerari oportere: nedum ut signum à
rebus signatis diuellamus.

Thesis VI. D. D. Virtemb.

Huius fidei & confessionis nostræ fundamenta hac sunt: Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo.

Nisi quis renatus fuerit EX AQUA & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Non ex operibus iustitia, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lanactrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti.

Quotquot baptizati estis, Christum induistis.

*Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus: conseptuli sumus cum illo per Baptismum in mortem: ut quemadmodum Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in no-
ritate vita ambulemus.*

Antith. VI. Th. Beza.

1. Hic excludunt eos homines, vel baptisatos vel baptisandos, qui aeterno & occulto Dei decreto, priusquam aliquid boni vel mali fecerunt, ad aeternam damnationem ordinati sunt. Hos enim, si millies baptisentur nunquam regeneratos fo re affirmant: quod auditu horrendum est.

Responso Th. Beza ad obser. marg. D. Andrea.

Vide respcionem ad 2. obseruat. in antithes. 4.

SEQUENTIA DOGMATA CVM SACRA SCRIP*tu*ra pugnare iudicant. D. D. Vvirtemberg.

I.

QVVM docetur latentem virtutem Sacramentis non annexam affixamque esse, qua S.S. gratiam baptizatis conferant: sed hoc dunt taxat munus illis diuinitus iniunctum esse, testari nobis & sancire Dei in nos benivolentiam.

II.

Ineptos esse, qui Spiritum Sanctum & ipsius in nobis effecta Sacramentis alligant. Quum idcirco portius adhibeantur, ut in credentium quidem infantibus adoptionem, in adultis vero etiam fidem obsignent.

Ad Dogmata superioribus Thesibus subiecta.

Ad I. & II.

1. Si latens vis omnis ab aqua Baptismi tollitur: quid quoque aliud, quam nuda signa relinquuntur: quod cum substantia Baptismi pugnat. No

enim Spiritus sanctus sine aqua, neque aqua sine Spiritu sancto, sed Spiritus sanctus per aquam, & aqua virtute Spiritus sancti, ex ordinatione diuina, in Baptismo regenerat.

2. Aqua Baptismi non ad significationem duntaxat, sed realem exhibitionem regenerationis tanquam organum à Deo ordinata est. Ideo hæc assertio aperte falsa & impia est.

Aliquam latentem virtutem aliam aquæ (licet sacramentali) attribuere, quam sacramentalis significationis, nunquam (quod ad Deum promittentem attinet) vanæ & inanis,

spiritus sanctus sine aqua, neque aqua sine spiritu sancto, sed spiritus sanctus per aquam, & aqua virtute spiritus sancti, ex ordinatione diuina, in Baptismo regenerat.

2. Aqua Baptismi non ad significationem duntaxat, sed realem exhibitionem regenerationis tanquam organum à Deo ordinata est. Ideo hæc assertio aperte falsa & impia est.

existit.

existimamus manifestum esse ³ Idolatriam, ³ Blasphemum hoc in
qua (quod ne ipsorum quidem Angelorum authorē Baptismi Chri-
est, nempe remittendorum peccatorum, & re-
stum esse, minimè dubi-
nouandi cordis hominum vis,) ad ⁴ aquam, tamus. Non enim Idol-
quantumvis sacramentalem, transfertur. olatria, sed cultus Dei
4. Non simpliciter aquæ, est de Baptismo sentire,
quia diuinitus ad hoc in Baptismo ordinata est. sicut paulò autem posi-
tum est.

4. Non simpliciter aquæ, aut perse tribuitur hæc vis latens regenerandi: sed
quia diuinitus ad hoc in Baptismo ordinata est.

Responsio ad 4. observationes ad Dogma 1. & 2.

Quæritur hoc loco quorsum Dominus Aquam & Immersionem
in Aquam sive eius aspersionem in hoc, de quo agimus, Sacra-
mento adhibuerit, vnde & ipsa actio nomen Baptismi accepit: sive
quid & quantum sit in hac actione tribuendum aquæ & ipsius as-
persioni, ne plus vel minus quam par sit illis tribuatur, quorum il-
lud fuerit superstitionis, istud vero manifesti contemptus. Et nos
quidem docemus, hunc modum ab iis demum teneri qui nullam
aliam vim Aquæ & eius aspersioni in baptismo tribuunt quam illi-
pani & illi vino in sacra Domini Cœna: Sacralis videlicet si-
gnificationis, id est accedentium mentibus repræsentandi, & quasi
oculis eorum subiiciendi, quæ ex ordinatione diuina, per adiun-
ctam signis illis visibilibus promissionem obsignandæ in Christo
salutis æternæ declarantur. Isto vero Sacralis significationis
vnuſq; adeò non est contentus D. Andreas, ut etiā Aquam nolit
signum appellari, (qua de re diximus in nostra ad obseruationes
in nostram primâ antithesin) vt vim aliquam ipsi Aquæ & eius as-
persioni per Spiritum sanctum insitam, & regenerationis effecti-
uum instrumentum esse contendat: qua in re ne videar ipsi iniuri-
am facere, quamvis hanc esse ipsius mentem satis liqueat, ex istis
quatuor obseruationibus, ad quas hic respondeo, adscribam or-
dine quæ hac de re in nostra collatione variis & perplexis phra-
sibus repetit.

Pag. 441. *in verbo Baptismi Spiritus Sanctus est inclusus, & cum Aqua
externo elemento coniunctus.*

Pag. 443. *Baptismus, ut non tantum Aqua, ita nec etiam tantum Spi-
ritus, sed simul Aqua & Spiritus.*

Pag. 444. *Christus coniunxit cum Spiritu Aquam, & utriusque regene-
rationem tribuit, quod videlicet Spiritus per Aquam ad vitam æternam
regeneret.*

Ibidem. *Aqua est Organon Spiritus Sancti per quod regenerationem
operatur.*

Pag. 445. *Quamvis ritus aspersionis in baptismo sit quedam repre-
sentatio spiritualis mortificationis & regenerationis, NON tantum
Pj.*

REPRÆSENTANDÆ sed EFFICIENDÆ regenerationis causa instituta est.

Pag. 447. Et si Aquanom pergit ad animam tamen Spiritus per Aquam virtutem suam exerit, & actio illa tota est Spiritualis.

Pag. 451. Spiritus Sanctus est causa officiens principalis, quam per Aquam, sanguinem per instrumentum, in sanguine Christi operatur.

Item, Nuda aqua hoc opus non tributum, sed Spiritui Sancto per Aquam.

Pag. 452. Lauacrum propriè intelligitur, quando homo Aqua lauatur, & Spiritus Sanctus in ista Aqua baptismi adest, qui præstat quod nuda aqua sine Spiritu sancto præstare non posset. Nos autem fateur quidem & ipsi adesse Spiritum sanctum immo etiam præsse baptismi: sed ut efficiat solus quod aquæ, unum quod nullus etiæ Angelus ullo modo præstare posset.

Pag. 454. Aperte dicitis in vestris Thesibus, Idolatriam manifestare esse, si aliam virtutem Aquæ quam in Sacramentalis significationis quantumvis Sacramentalem attribuamus, An vero istud non sit nuda significata statuere, iudicio auditorum committimus.

Pag. 456. Vt nus & idem effectus utique sensu tributur, videlicet Spiritui & Aquæ.

Hæc ille, ex quibus liquidò constare puto quod ante dixi, vt & ex eo in primis, quod pati non potest D. Andreas, aquam & externam eius aspersionem cuius minister est homo, & quæ propriè baptismus vocatur, distingui ab interna aspersione sanguinis Christi per Spiritum Sanctum in mente fidei ob-signatione, quæ & ipsa metaphoricè à Petro partitur sanguinis Christi 1. Petri 1. 2. & 2. Petri 1. Petri 3. 2. vocatur. Itaque quoties in hac eadem collatione repetit, Aqua & eius aspersione, non significari & representari duntaxat regenerationem, sed re ipsa in Baptismo conferri, quod & ipsum in creditibus quidem agnoscimus, non est tamen illud eo quo ipse loquimur sensu intelligendum. Sic enim significamus, duo numero penitus distincta, non propriè subordinata, vt quum faber instrumento vtitur, sed coordinata ad peculiarē suum usum, licet in communī apotelesmate prout fert ipsarum rerum natura, nempe ad hominis baptisati regenerationē, concurrentia: aquam videlicet & externā eius aspersionem, menti per sensus exteros renuntiantes & asseuerantes id quod sola diuina virtus per fidem applicat baptisatis, remissionem videlicet peccatorum in Christi sanguine, & tum veteris hominis abolitionem, tum noui creationem: & Spiritus diuini opus in ipso Christo & eius beneficiis in ipso baptisato ob-signandis, non per vim aliquam cum ipsa aqua & eius aspersione ullo modo communicatā, siue, vt loquuntur Scholastici, causatam: sed ab ipso Deo in solidum emanantem. Hoc enim declarant Iohannis baptistæ verba, sese & suam actionē à Chri-

à Christo & ipsius spiritus actione non quidem disiungentis, sed aperte tum numero, tum personis, tum effectu distinguētis. Itaque falso est quod dixit D. Andreas, pag. 446. Christū non mundat Ecclesia suam significatiū sed realiter: Nam & significatiū mundatur Ecclesia baptismō aque, & realiter baptismō spiritus: vtroq; ad commune effectū regenerationis distinctis suis actionibus concurrente, sicut duos quoque baptisatores constituit Iohannes ille Baptista. Contrarium autem dogma ex fætidis Scholasticorum lacunis haustum est, qui vt suum Satanicum characterem inueharent, causatiā, vt loquuntur, vim conferendā gratiæ, principalem quidem Deo, instrumentalem autem Sacramentis tribuerunt: quod discat qui volet ex ipsorum scriptis, ac præsertim ex Thomæ 3. parte summæ, quæstione 62. articul. 1. 3. & 4. Nec diffiteor in hunc quantumuis palpabilem errorem inductos esse nonnullos, male intellectis patrum sententiis: qui non certè vt signis vlo modo attribuerent quod est vnius Sancti Spiritus opus, sed vt Sacramentorum vsum & efficaciam commedarent, sèpè hic de signis sunt locuti, vt quod vnius est diuinæ virtutis, videantur illis quasi subordinatis, vt isti volunt, instrumentis attribuere. Sic, panem quem frangimus, vocat Paulus corporis Christi, & calicem quem bibimus, sanguinis Christi ~~nostrorum~~. Sic Baptismum Aquæ, vocat laudem regenerationis. Sic fides dicitur esse ex auditu verbi prædicti. Sic Verbum illud ipsum quod auribus nostris insonat, semenvitæ à Petro nuncupatur: & Paulus Timotheo suo scribens, Hæc, inquit, docens, et ipsum sernabis & eos qui te audiunt. Et quid ni sic loquerentur illi, & patres etiam eos sequuntur, quū Christus ipse, vt Sacramentalem significationem minime vanam esse ostenderet, illi ipsi pani & illi vino ipsius sui corporis & sanguinis appellatio-nes tribuerit? Atqui D. Andreas, quantumuis mordicus retinens realem & essentialem corporis cum illo pane & sanguinis cum illo vino præsentia, viderit tamē an ausit illi pani & vino & orali co-rundē panis & vini quā tuetur mādicationi vim aliquā latente ad corporis & sanguinis Domini participationem tribuere, qualem baptismi aquæ & eius aspersioni affingit. Quod autem sermo audiētes afficit, non arguit vim ullam aliam ipsis quæ audiuntur verbis, sed ab intelligendi facultate oritur, quæ audiēris animo inest, sive à natura in rebus naturalibus: sive à gratia, in rebus videlicet illis diuinis quas caro & sanguis non patefacit, sed magister ille veritatis, dans aures ad audiendum: quod multò magis de fiduci assensu statuendum est.

Quid amplius? Ipsi homines in quibus posuit Deus sermo nem reconciliationis, sunt quidem aliquid amplius quam voces quas

fundunt. Loquuntur enim, docent, exhortantur, redarguunt, consolantur, & idē merentur instrumentorum *τούτης* appellatio-
 nem, atq; adē dicitur Deus illis *οὐρανοῖς*: sed ita ut administrī ver-
 bi & sacramentorum suas habeant actiones distinctas proprias,
 nec vlo modo cum Spiritus Sancti actione commiscendas, exter-
 nas videlicet, plantationem & rigationem: sola divina virtute
 intus bono semini sato in illo fidelis mentis arvo, germinandi,
 angescendi, fructificandi vim tribuente: quod placet etiam familia-
 ri comparatione illustrare. Deus huius nostræ naturalis vita & au-
 ðor solus, & propriè conseruator, cibis quibus vescimur, & variis
 rebus ad valetudinem nostram tuēdam vel restituendam conditis,
 vires naturales, nobis alendis & conseruandis accommodatas,
 attribuit quia sic illi visū est, non quōd necessariō vllis adminiculis
 ad quidquā efficiēdum indigeat. Pascit nos igitur, sed virtute in ci-
 bis ipsis latente: & iis medicamentis nos conseruat vel sanat quibus
 hanc vel illam proprietatem inseruit. Et hæ sunt proptè instru-
 mentales simul & efficientes cause. At in regeneratione hominis,
 propter quam dicit Apostolus nos esse Dei opus, valde fallitur &
 in Deum ipsum iniurius est quisquis aut hominibus, per quorum
 os loquitur, vel ipsi externo Dei verbo, vel Sacramentalibus signis
 Deum existimat vel tantillum diuinæ illius suæ virtutis homini-
 bus renouandis, & æterna vita in Christo seruandis attribuere:
 quod ne Angelis quidē ipsis conuenit. Sed sicut solus Deus, non ut
 existimauit Plato per minores aliquos Deos, sed sua vnius vi mun-
 dum, & hominem condidit: ita eādem ipsius vnius virtus inter-
 nam hominis regenerationem operatur. Neque existimandum est
 sicut in generatione posteritatis Adami vim patribus ad generan-
 dum, matribus ad concipiendum indidit, per quam ut secunda-
 riā causam homines in hunc mundum profert: sic etiam illum in
 regeneratione spirituali, virtutem aliquam intrinsecam, vel homi-
 num plantantium & rigantium ministerio, ac multò minus ipsi
 verbo prædicato, vel Sacrementis intrinsecam attribuisse, id est
 gloriam suam ad homines, nedum ad res inanimatas, vlo modo
 transtulisse. Dicit tamen, fateor, Paulus, se parturire & gignere per
 Euangelium. Sed idem alibi dicit, se nihil esse, non modò quatenus
 homo, sed etiam quatenus fidus erat Dei Apostolus: illuc quidem
 Euangelicum ministerium ὄλως, non autē distinctè suam operam,
 vel prædicti verbi vim propriam considerans: hic verò contrà v-
 traque illa à propria Dei virtute distinguens, nunquam verò diuin-
 æ operationis vel minimam particulam ad se transferens. Nam ne
 ipsa quidem Filij Dei caro vivificandi vim habet in sese, vt proprio
 subiecto inharentem, sed tota illa vis in ipsius Deitate residet: quā-
 vis non nisi eiusdem carnis per fidem apprehensæ interuentu, vi-
 tam illam spiritualem in membra spiritualiter illi capiti adhæretia
 deriuet,

deriuet. Et hoc illud est quod declarat Apostolus Eph. 5. non hominibus: non verbo ipso, quatenus auribus insonat: non Sacramentis: sed Spiritu solo dona sua, quibus & prout vult, distribuente, ut copiose docet idem Apostolus. I. Cor. 12. Illustreret igitur sanè mentes diuina illa doctrina. Sit sermo Dei viuus penetrantior quovis gladio. Nulla tamen vis spiritualis & intrinseca existimanda est illis indita, sicut de naturalibus alimentis & medicamentis diximus: sed illa de ipsis dicuntur, habita sacra & diuinitus ordinatae illorū ~~χειρῶν~~ ratione, quodd videlicet Dei spiritus solus sua vi intus præstet ea quæ per vocem hominum declarat, & tum verbis tum adiunctis signis visibilibus significat. Nec aliter intelligenda sunt patrum dicta ministerium Euangelij commendantiū à bene dictione quæ Dei viuis in solidum propria est, non autem aliquid diuini suæ plantationi & rigationi, vel ædificationi: vel verbis suis, vel sacramentis ipsis ultra significationis usum attribuentum. Tale est igitur illud Augustini quo Scholastici abutuntur. Aqua corpus tangit, cor abluit: & quod ex eiusdem sermone quodam de Epiphania, fortassis ~~λευτερία πάσῃ~~ citat Thomas, Hoc autem ne quis à me confictum arbitretur, ecce ipsam horum omnium dictorum ex vero Augustino petitam explicationem, qui sexta tractatione in Ioannis epistolam, *Alia est*, inquit, *aqua sacramenti, aliud est aqua Spiritus*. *Aqua sacramenti, visibilis est: aqua Spiritus, inuisibilis est*. Illa abluit corpus, & SIGNIFICAT quod sit in anima: per istam Spiritum ipsa anima mundatur & signatur. Sed age audiamus etiam D. Kemnitium hac de re sic scribentem in Can. 5. Tridentini Concilij de Baptismo. *Quidam sentiunt ipsis externis Sacramentorum elementis, per verbū extēnū conferri virtutem quandam supernaturālē, que non sit relatio Dei seu ordinatio quod per Sacramēta, tanquam per causas instrumentales, Deus efficacia Spiritus velit conferre gratiā, sed que sit virtus Spiritualis absoluē herens in corporalibns Sacramentorum elementis per quam influant & agant in animam, siue effectiū, siue dispositiū.*

*Alij constituerunt in ipsis elementis gratiam contineri essentialiter, si-
c ut medicina in pyxide.*

Alij Sacramenta volunt esse tantum Signa & notas Christianae societatis, quibus à paganis discernamur, & ad mutua officia excitemur, & obstringamur.

Alij volunt tantum esse allegorias & significationes Christianae mortificationis.

Alij esse tantum signagratia, iam antea & extra usum Sacramentorum collatae & exhibite.

His erroribus opponuntur haec testimonia ad Titum. 3. Lanacrum regenerationis &c. Hæc ille: quæ distinetè agedum expendamus. Dico igitur vtroq; priore errore rectè dñari hoc ipsum Iacobandreamum

dogma, de quo h̄ic ago, sed non ita sincerè & apertè vt oportuit, D. Kemnitio nimurum, sicuti facere consuevit, lociorum suorum errores manifestos, quasi illito pigmento, fuscante potius quām sicuti hominem alioqui eruditum facere decuit, detegente & coarguente. Relationis enim vocem, qua vere & meritò redarguitur D. Andreas Sacramentalem coniunctionem ~~æternam~~ esse pernegans, quid attrinuit latius patente Ordinationis vocabulo, cōquē nō explicato obscurare? & Sacmenta sic instrumentales caulas appellare, vt tamen, cui rei & vslui instrumentaliter seruant, reticeatur? Totam autem illam ordinationem & instrumentalem causam nihil aliud esse quām Sacramentalem promissionis Sacmentis adiunctæ significationem, ex ordinatione diuina, per signorum & rerum signatarum analogiam, mentibus ad Sacmenta accedentium repræsentataam, ex ipso etiam August. paulò antè ostendimus. Alios autem errores duos subsequentes detestamus & ipsi, quantumvis calumniosissima impudentia nobis illos impingere nonnulli non desinant. Superest quintus & vltimus, in quo ipsummet D. Kemnitium grauitet errare, cum in infantibus tum in adultis, ex principiis ab ipso met p̄positis sic euincit. Damnat ille, idque optimo iure, doctrinam operis operati. Hinc consequitur necessariò requiri ad promissionis gratiæ Sacmentis adiunctæ perceptionem, vt ipsorum Sacmentorum sumptioni præeat fides, quam infantibus quoque actualem ipse attribuit. At quisquis in Christum credit, eo ipso momento fit ipsius Christi & ipsius beneficiorum ad vitam æternam particeps. Nemo igitur baptisatur, præsertim adulitus, (quem priùs necesse est, consentientibus ipsis scholasticis, catechizari, & fidem suam profiteri) nec quisquam ad sacrâ Domini Cœnam accedit, vt tunc primū Christum & eius beneficia participer: sed vt, confirmata & aucta per Sacmentorum vsum fide, quæ iam habet, in ipso obsignentur, ipséque adeò in Christo magis ac magis adolescat. Sed longiùs etiam progredior in infantibus elec̄tis antequam adolescent morientibus. Horum enim in Christo salutem, ab ipso in hanc vitam ingressu, vt primo ad vitam æternam limine, auctore Apostolo qui sanctos eos nasci pronuntiat, cōstituo, idq; non ex opere operato, nō itē ex actuali vlla ipsis insita fide: sed, vt suo loco pluribus ostēdi, eò quod ex iis siue proximis, siue superioribus parentibus orti sunt, qui, per Dei gratiā, vera fide Christum, ex fœderis formula, tam posteris suis quām sibi ipsis apprehenderunt. Nam vt scitè & verè loco priùs à me citato, declarat August. corpus quidem mortis in primis parentibus, (Adamo videlicet & Eva) peccatores infantes generauit: Spiritus autem vita in posterioribus parentibus, (nempe quibus datum est, vt sibi & suis posteris credent) eos fideles regenerauit. In summa igitur, quod dixi manifestam esse idolatriam vel aquæ ipsi vel eius aspersioni, vim ullam aliam quām

Quam Sacramentalis significationis tribuere, iterum dico & affirmo, nihil veritus D. Andreæ tonantis fulgetra, qui falsitatis, impietatis, & blasphemie voces non dubitat hoc in loco affingere puræ putæ doctrinæ, per quam illa sua *et novârunt* Maiestas & gloria Deo Optimo Maximo illibata seruatur: paratus nihilominus ea in re, vt & in cæteris, verè doctorum & piorum Theologorum iudicium subire. Et, vt semel de signorum nuditate calumniâs omnes diluam, sciat D. Andreas nuda demū ea esse signa, quibus diuinitas adiuncta non sit rei significatae vera præbitio: cuiusmodi sunt mystici omnes illi verè inanes ritus humanitus excogitati. His autem opponuntur tum vetera & noua Sacra menta, quibus adiuxit Dominus gratuiti salutaris fœderis promissionem: tum visiones, typi, figuræ quibus vsum fuisse Dominum legimus, vt particularia & singularia multa patribus verè & efficaciter significaret. Nouerit & istud D. Andreas, Sacramentorum veritatem quæ huic nuditati opponitur, neque olim pependisse à rerum promissatum existentia reali (quum Christi verum corpus & verum sanguinem tam verè perceperint in verbo & suis Sacramentis patres, quamuis ipsa nondum in rerum natura existerent, quam nos eiusdem fidei instrumento nunc percipimus) nec etiam à reali signorum cum rebus signatis coexistentia in terris: nec ab eorum fide vel incredulitate qui ad Sacra menta accedunt, sed à Dei ordinatione semper vera & firma, etiamsi increduli signa duntaxat percipient: quæ tamen ipsis ne signa quidem sint gratiae, sed exitij illorum sigilla: manente nihilominus, vt suo loco diximus, sua Sacramentis ipsis integritate. Non erit denique D. Andreas etiamsi inter ipsam Sacramentorum sumptionem & Spiritus Sancti efficaciam in aliquorū sumentiu cordibus, spatum aliquod temporis, seu paruum seu magnū, intercedat: nuda tamē propterea signa minime constitui, utpote quibus adiunctæ promissionis efficacia, ab eo demum tempore quo Deo placet in sumendum cordibus illam insinuare, necessario sit inchoanda: sicut etiam, quamvis certo transiente tempore momento signa præbeantur & sumantur, tamen, vt recte scribit August. eorum virtus permanet, & in totam vitam in elestis protenditur. Nam, quod vel ignorat, vel non expendit D. Andreas, longè aliud est vim suā amittere, quam eam apud se inclusam non exerere, vel quod sit ea indignus vel eius non capax quispiā, vel quod tempus illius exerendæ, quod in Dei vnius gratia sitū est, nondum aduenierit.

Dogma tertium.

Regenerationem seu salutem non à baptismo pendere.

1. Remissio peccatorum in vocabulo (salutis) comprehensa est. Nella enim salus est, vbi remissio peccatorum non est.
2. Hoc responsum manifestè impiù est, quod omnem consolationem adimit credentibus, quā in Baptismo, tanquam fundamento salutis, repositam habent, secundum illud Christi, qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.

Ad III.

Miratur hīc prætermitti unū ex præcipuis Baptismi finibus¹ nempe peccatorum remissionem.² Salutem autem nostram hactenus à Baptismo suspendimus, vt nec ipsius salutis fundamentum ab eo inchoemus, neque eius parentia, sed contemptu homines à salute excludi arbitremur.

Responso ad duas obseruationes superiores.

Salus est finis quod & simplex verbum prædicatum, & Sacramenta, Deus ipse denique & omnes interiectæ causæ nos deducunt. Ineptè igitur in illa Thesi D. Andreas Regenerationem cum Salute particula *Sen* coniunxit, perinde ac si hæc & illa vnū & idē essent, vt ex latinæ lingua & ysu ista phrasis intelligitur. Grāmaticum tamen sanè agere nolui, sed Theologum, & meritò mihi videor, qnum duo ista passim expresse baptismō in sacris literis tribuantur, ablutio videlicet à peccatis, & regeneratione, cūnam & quo iudicio illud præteriisset. Consolationem autem & quidem omnem eripimus scilicet credentibus baptisatis, qui doceamus eos peculiari gratia natos esse in Ecclesia, vt quæ postea per baptismum etiam in ipsis obsignaretur.

III. Dogma.

Improprias seu figuratas loquendi formas esse, Baptismus ablutio eō peccatorum, Baptismus ablutio peccata: propriam verò loquendi formam esse: Baptismus est signum ablutionis peccatorum.

V. Dogma.

Quum Baptismus ab Apostolis lauacrum peccatorum, & innovacionis, item ablutio vocatur non secundum literam accipiendum esse.

Ad IIII & V.

Quoties, quod rei signatæ est (qualis est in Baptismo CHRISTI sanguis & Spiritus sancti opus, quod est interior mundatio, per Christi

Christi sanguinem) externæ actioni tribuuntur, i Metonymiam sacramentalem esse affirmamus.

gnificandam regenerationem sed conferendam aqua Baptisimi à Christo ordinata est. Nulla ergo hic metonymia, nulla nominum permutatio locum habet.

Th. Bez. Responso ad superiorē observationē.

Perinde mecum hic agit D. Andreas, ac si de baptismo ὕδως considerato dixisset, quod de ipsius duntaxat parte essentiali visibili nempe Aqua, & de forma tantum externa, nempe Aquæ aspersione dixi. Sophistam igitur agit μεταθέσιαν τοῦ νεροῦ. Quod si verum est (esse verò verissimum res ipsa insanis etiam testatur) aliud esse Signum, aliud rem signatam, consequitur & illud necessariò, vel falso, vel verè quidem, sed figurata locutione signum dici esse rem ipsam signatam, vel rem signatam esse ipsum signum. Eadem est autem ratio locutionum, quibus vel rerum signatarum effectum tribuitur signo, vel signi effectum ad rem signatam trāsfertur: quibus phrasibus tum scriptura, tum Patres Græci & Latini passim ad commendandam Sacramentalis coniunctionis verissimam efficaciam vntuntur, ut penè infinitis testimonis & rationibus tot iam annis nostri demōstrarunt. Quòd hoc negas D. Andreas, duo numero, & quidem prorsus ἐπερογεννη & sola γίγεται & analogia coniuncta, vnu & idē esse contendit, & quòd somniat aboleri Baptismi fructū & consolationē, nisi quod extremæ amentiæ ascribit Augustinus ipsi concedamus, signa videlicet pro rebus ipsis esse accipienda, cōmiseratione profecto dignius est quam refutatione.

Dogma VI.

Baptismum ablutionis peccatorum, regenerationis, innovationis, adoptionis denique arrhabonem esse certissimum in electis: in quibus solis illius virtus se exerat.

Ad VI. Dogma.

Quibusuis adultis, qui baptisantur præbenti semper rotum baptismum asserimus: sed ab iis deinceps recipi interiorem, qui veram fidem afferunt, vel eo ipso tempore quo baptisantur, vel quum per Dei gratiam ipsis hoc contingit. Nec enim efficaciam Baptismi ad id

i. Duplicem baptismū fingunt, interiorem & exteriorem: quum vnu duntaxat sit Baptismus, qui re externa, aqua vi- delicit, & re interna Spiritus regenerantis virtute constat.



2. Hæc manifesta & aperta est diuini nominis profanatio in actione baptismi , qua virtus Baptismi usque adfinitatem reicitur.

² momentum referimus , quo præstat : sed ipsa Christi in eo oblata beneficia interdum illum præcedere , ut in Cornelio Act. 10. Sicut etiam Abraham priùs iustificatus , quām circumcisus fuit : interdum vero subsequi affiramus , in iis videlicet qui fidem non habent , sed suo tempore habebunt , quam profiteruntur quum baptizantur .

Tb. Beze Responso ad obseruat. in Antithes. dogmatis sexti.

Vide quæ plenissimè de duplice baptismō dissenserimus in obseruationes ad nostram primam antithesin , pag. 44. & deinceps .

Si verum est quod hic docet D. Andreas , non sit igitur infantis anima rationis particeps , quoniam nisi aliquot post annis vim suam exerit . Mortuæ sint arbores , quæ non statim à plantatione virescant . Et ut ad nostra proprius accedam , Nec latro ille , neque Paulus fuerint vera circumcisione circumcisī , quoniam ille quidem non nisi in ipsa morte , h̄ic vero non nisi abdicato Pharisæismo fuit corde circumcisionis . Denique existimare causæ efficienti vim suam detrahi , quoties virtus τοῦ καρκοτοῦ impeditur eius effectum , est certè erratam dignum cōmiseratione potius quām refutatione , hominis qui ἀπόστολος laboret .

Dogma VII.

Non omnes infantes qui baptisantur , gratia Christi participes esse & regenerari .

Ad VII.

n. Hæc quoque assertio aperte falsa & impia est , quæ negat infantes in Ecclesia natos & baptisatos regenerari .

Infantes putamus absurdum esse dicere , renouari , ut vel eo ipso tempore quo baptizantur , vel etiam ante , non modò adultæ etatis , verū etiam cogniti , & per fidem apprehensi Christi tempus , veterē extincto homine , noui fiant homines . Obsignari tamen in illis adoptionem fœderis , in quo nati sunt , & remissionis peccati originis gratiam assertimus : modò adulti facti his beneficiis sese non priuarint .

Responso

*Responsio ad observationem D. Andreae in antithes. Th.
Beza ad Dogma septimum.*

Quatenus & quo sensu renouari negem infantes, ipsa thesis indicat: id quod tamen suprà dilucidiū exposui in alia responsione, & ego nūc paucis repeatam, vt calumniatoribus os obstruatur. Distinxī igitur infantes in Ecclesia natos, in eos qui ante rationis vsum ex hac vita euocantur, & eos qui adolescentur: præsupponens nullo cum diuinæ nobis occultæ voluntatis æternæ præiudicio, omnes illos esse ex electorum numero. Et illis quidem dixi & dico in ipso exortu, ex iure ad regnum cœlorum ipsis per piorum parentum fidem quæsito, imputari peccati originalis ablutionem, & perfectam Christi obedientiam, vnde fit vt & mortis causa perimitur, & æternæ vitæ dignitas gratis in Christo inueniatur. Ad corruptionem autem innatam quodd attinet, donari quoque infantes, occulto nobis opere Spiritus Sancti, ea mētis renouatione qua fruuntur sanctorum spiritus in vita illa æterna, diem illum expectantes in quo deum erit Deus omnia in suis omnibus. Addidi verò & addo creari istud opus in infantibus, sua quadā mēsura nobis inscrutabili, certissimè tamen, quoniam alioqui si toti in carne manerent, placere Deo non possent. Et quum de iis agam qui ante rationis, atque adeò huius verè humanæ vitæ, sum moriuntur, hoc propterea dictum in hac antithesi volui, renouari quidem illos, at non ita tamen vt ij qui hanc vitam totam viuunt, intelligentia quoq; & ratione vrētes. Quorsum enim illis illuminatione mentis ad discernendā secundū spiritum Dei veritatē verbo Dei cōprehensam, quod nunquā sint audituri: ad disponendū apprehensionis assensū per fidē: ad effectus secundū spiritū aduersus carnem componēdos? denique ad omnes illas animi facultates ad rectum scopum dirigendas quæ per sensus & phantasiam exerciuntur. Hactenus ergo negauī & nego istiusmodi infantibus illam auctis propriam regenerationem conuenire, non illam sine qua Deum nemo videbit. Et quæ illis dixi in ipso exortu vitæ donari, fateor baptismō quoque sancti, tum quoniam frustra non sunt olim iussi circuncidi fidelium infantes: (successit autem Circumcisioni baptisimus;) tum quodd inutiles certè non sunt offerentium & Ecclesiæ preces: quanquam, vt mihi quidem videtur, nec illorum, nec huius fides sint verum paedobaptismi fundamentum. In infantibus autē ad adultā eam æratē peruenturis, quos & ipsos electos præsumo, baptisimus præire fidei, cur absurdius dicitur, quām in adultis ad baptismum accendentibus, in quibus fidē baptismō præire constat? Hæc si D. Andreae non satisfaciunt, spero tamen dissimilibus illius satisfactiona. Sin minus, verè piorum & pacis amantium Theologorum iudicium minimè defugio.

Q ij.

Dogma VIII.

Infantes carere fide, & nihilominus baptisandos.

Dogma X.

Non ideo baptisari fideliū liberos, ut filii tunc primum frant, qui antea alieni fuerint ab Ecclesia: sed solenni potius signo ideo recipi in Ecclesiam, quia promissionis beneficio iam ante ad Christi corpus pertinebant.

Resp. Ad VIII. & X. Dogma.

1. Non minus manifeste
falsa & impia est hæc
quoque assertio, qua af-
firmatur Infantes pro-
pria fide carere, contra
expressum Christi ver-
bū: *Quicunq; offendit
VNVM EX MINI-
MIS his, QVI in me cre-
dunt. Et facilius credunt
infantes, quam adulti,*
impedit, quam pro-
moueat fidem. 1. Cor. 2. 2. Non probabiliter, sed certò censemur filii Dei, &
fructu adoptionis donantur infantes baptizati: quoniam Deus promissione sua
fallere non potest. Reddunt ergo dubiam consolationem, & virtutem Baptismi
prosursus euentur, qui talia de Baptismo sentiunt & docent: adeoque Sacra-
mentum ipsum à Christo institutum profanant. 3. Respiciunt ad impium suum
dogma de occulto Dei decreto contra maximam partem humani generis, quam
Deus nolit per Baptismum regenerari. Ideo milles baptisatos, sive adulta ætate,
& ordinato perire, docent.

*Responso Th. Beze ad obser. D. Andreae in anti-
thesin ad 8. & 10. dogma.*

Ego verò tot impietates & fallitatem quot hic nobis impingit
D. Andreas condono ipsius satis noto zelo, & rursus plus ipsi ex-
cepto veræ scientiæ, confidentiæ verò multò minùs. De infantium
autem fide & falsa huius loci quæ citat interpretatione supra plementissimè differui.

Deo scilicet non constat sua veritas, nisi (quod de adultis ne ipse quidem securissimus D. Andreas præstare sine exceptione possit)
quotquot infantes baptisantur, certissimè & necessariò statuātur,
eo ipso momento fide actuali donari, & regenerari, ut diuina prius
norint

trorint & credant quām humana. Quid hic autem egero? Nam si petam ut ipsi infantes ea de te testimonium aliquod ferant, confugiet tota istorum factio ad illam miraculosam vim Sp. S. nec animaduertunt miracula iam apud ipsos desinere esse miracula, quām miracula dicantur quæ contra communem ordinem causatum sunt, nihil autem possit esse magis ordinatum quām quod sit quotidie in tot infantium baptisatorum myriadibus. Saltem verò mihi concedat isti ut ex tot infantium baptisatorum millibus percontemur an vel unicus deprehendi possit, qui adultus factus memoriter se tunc credidisse, & regeneratum fuisse quum infans baptisaretur. Siccine verò omnes paruulos, prout adolescent, lethæo quodam poculo sopiri, vel fide illa antè sibi donata sic excidere, ut de integro sit ipsis rursus ex auditu verbi discendum primum Christianæ religionis alphabetum? An non verò potius hæc sunt ægrotum somnia, vel præstigia mentis?

Ad. 3. Quibus hic calumniis oneremur, vide & cognosce, Christiane lector, ex iis quæ alibi respondimus.

IX. Dogma

Effectum fæderis neque à baptismo, neque ab ulla accessionibus pendere.

Responsio ad IX. Dogma

Ad hoc responsum est suprà ad 1. & 2. Theses.

XI. Dogma.

In casu extremo necessitatis, mulieribus illicitū esse infantes baptisare.

Iac. Andreas. D.

Lucas Osiander. D.

Responf. ad XI. Dogma.

Baptismus pars est Ministerij publici, quod 1. Mulieribus in se est expresso Dei verbo: in mulieribus, immo etiam CLESIA non est pertinatis personis interdictum: neque vel baptismum loqui, hoc est videri potest contempnisse, qui nulla concionari in catu viorum. Cor. 14. Sed ubi culpa excedens ex hac vita non baptisatur: neque necessitas illa incidere potest, punctionari, & in casu blici vigentis ministerij leges transgrediendi, necessitatis baptisare licet: quia in Christo, ne-

que mas neque femina, sed unus sumus omnes in Christo Iesu. Gal. 3. 2. Nulla Lex in verbo Domini extat; quæ in casu necessitatis mulieres, vel a docendo, vel à baptisando arceat.

Q. iii.

Theodorus Beza, Genevensis Ecclesia Minister.

Abrahamus Musculus Bernensis Ecclesia Minister.

Petrus Huebnerus, Greca lingua in Gymnasio Bernensi Professor.

Antonius Faius, Genevensis Ecclesia Minister.

Claudius Alberius D. Professor Philosophiae in Academia Lau-

sannensi.

Responsio ad utramque marginalem obseruationem D. An-

dreæ ad Antichesin II. Dogmatis. II.

Hic nobis occurrit duplex quæstio, Vna de baptismi necessitate, altera ~~et ipsi~~ tñ yu aquo bauti smato, vt illam Græcè inscribit D. Andreas pag. 499: quæ posterior ab illa priore pender, vt qui illam norit, utramque norit. De illa igitur priore loco. Videndum autem est in primis ex ipsa collatione, ecquæ sit aduersarij nostri sententia, & quām bellè sibi hac etiam in re constet.

Pag. 458. *Prinsquam*, inquit, *baptisentur infantes affirmare non possumus quod credant, quoniam fides illis in baptismo datur: in perceptione igitur Baptismi infantes simul adoptantur in filios Dei, & adoptio in ipsis ob-signatur.*

Hæc ille: quæ si vera sunt, apertè dieendum fuit, non autem dubitanter & Academicorum more, infantes ante baptismum non credere. Quod si à baptismō incipiunt fides, adoptio, & eius ob-signatio, sine quibus salus æterna nulli obtingere potest: consequitur baptismum usque adeò simileiter & absolute esse necessarium, vt quicunque non baptisati moriuntur, à salute excludantur: vel statuendum sit absque fide, (quam tamen isti volunt propriam in uno quoque necessariò & sine exceptione requiri,) & absque adoptione seruari in Christo quempiam posse.

Pag. 492. *Licet Christianorum liberi in Ecclesia nascuntur, non tam propriea in fœdere censemur, nisi etiam que fœdas requirit fecerint aut in iis etiæ siant: & carnalis nativitas ex piis parentibus nihil facit ad consecutionem regni celorum, scut scriptum est, Ne velitis dicere intravos, Patrem habemus Abraham, &c. Quicquid ex carne natum est, caro est. Nisi ergo ex Aqua & Spiritu (quod sit in baptismo) renascantur liberi ex piis & Christianis parentibus nati, non possunt videre regnum Dei, Sicut in veteri Testamento, ex piis parentibus nati liberi, in fœdere non continebantur, nisi in illis caro præputij octaua die præcideretur. Musculus enim, inquit Moses, cuius præputij caro circumcisæ non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Genes. 17. Itaque (inquit pag. 493.) non probabilitate, sed certissima quoque & indubitate consequentia, in Novo Testamento infantes, etiam ex piis & Christianis parentibus natos in fœdere non censemur nisi etiam baptisati fuerint, secundum illud Christi, Nisi quis renatus &c. Hæc rursum ille, ex qui-*

ex quibus apertius etiam constat absolutissimam & simplicissimam baptismi necessitatem à D. Andrea , errantem Augustinum (quod tanti viri pace dictum sit) in aia usque sequi , hoc etiam loco constitui : quam tamen collectionem quam male fulciat , postea indicabo . Nunc autem satis fuerit D. Herbrandum Tubingensis Ecclesiae Doctorem , & huius collegam , profecto in per multis doctio- re , opponere . Is igitur pag . Comp . Thcol . 636 . sic recte scribit . *Quod Christus inquit , Ni si quis renatus fuerit &c. (quod locum Augusti pro confirmatione sua opinionis , adducit) loquitur Seruator de modo ordinario , & ordine sic à se instituto , quod non vult negligi ani contemni , ubiunque haberi potest : minimè verò de casu necessitatis , quæ Legem non habet . Quid verò ad Augusti auctoritatem attinet , et si meritò magni à nobis fieri debet : pluris tamen non est facienda quam ipse eam fieri voluit , & non tanti , ut in ipsius gratiam errori subseribamus . Hacenus ergo D. Andreā , rotum Augustinianum audiūmus , nūc verò paulò mitiorem illum factum audiamus .*

Pag . 495 . quum negassem damnatos censendos esse ex Dei verbo infantes tempore Mosis incircumcisos & mortuos in deserto , respondens ipse . *Quod ad infantes , inquit , incircumcisos attinet , non ex ratione humana , sed ex verbo Domini iudicandum est . Verbum Dominis sic sonat , Masculus cuius præputiū caro &c. Genes . 17 . Itaque grauerūt peccarūt , quod cōtra tam expressum Dei mandatiū suos infantes octauo die circumcidinon curauerint sed , (inquit pag . 496 .) propter frequētes & inopinatas peregrinationes excusari aliquo modo possunt à negligētia & contemptu Sacramenti : & non modo verisimile est , sed sine dubio quoque factum est , quod Israēlitas sui officij hac etiam in parte commonefecerint Moses & Aaron , sed pro ingenio suo populus ille ipsis non obtemperarit . Item 497 . Quando autem infans ante diem octauum Circumcisioni destinatum moriebatur , parentes & liberi excusatī fuerunt coram Deo : & quid de illis infantibus voluerit statuere , Dei voluntati relinqebatur , de qua nos ex verbo iudicamus . Quoniam igitur fœdus Domini , infans ipse irritum non fecerat , idēt̄ etiam illi non imputatā fuisse incircumcisionem censemus . Hac ille : ex quibus colligitur hæc ipsius sententia . Infantes illos ante diem octauum mortuos , illa Lege non fuisse comprehensos , quæ in incircumcisos moriētes statuitur , Genes . 17 . Alios autem in deserto non Circumcisos , (idq ; eorum culpa qui Mosi & Aaroni non obtemperarunt) peculiari tamen Dei gratia potuisse excusari , quia non contemptu Circumcisionis manserint incircumcis , sed quoniam , quin sāpe numero festināter & inopinatō castra mouerentur , vīsi fuissent liberi in vita discriben aduci , quos propter miseratus Deus seruaret sub Iosua crimen adduci , quos propter miseratus Deus seruaret sub Iosua postea circumcidendos . Quod siqui interea ex illis mortui sunt , post octauum diem incircumfisi , iudicari aliter ex Dei verbo non posse , quam illos extra fœdus periisse , sed videri omnino fuisse pau-*

cissimos, quum tanto & tam admirando numero in deserto excreuerint. Hanc autem D. Andreæ sententiam suo loco expensurus, interim rursum illi D. Herbrandum oppono pag. sui compend. 625. sic lögè rectius totidem ipsis verbis scribentem. Scimus & hoc: ceremonias & Sacra menta dispensationem admittere, ut in deserto 40. annis non sunt Circuncisi: quod si Deo displicuisse, aut si paetum suum se irriui fieri, neglecta circuncisione, iudicasset, non tulisset: qui quin peccata populi in deserto admissa statim punierit, hoc, si quod fuisse, neglecturus non erat. Viderit ergo D. Andreas tam confidenter de Moë & Aarone populum officij adinonentibus & parentibus liberorum minimè obsequutis loquutus, quomodo cum suo collega vel potius cum ipsa veritate sit transacturus. Quid autem de baptisatis sentiat congruenter cum illis quae de incircumcis is dixit, nunc audiamus.

Pag. 498. Quum baptismo nullum certum tempus à Deo prescriptum sit, & Christus discipulos suos grauissimè corripuerit prohibentes ne pueri ad ipsum adducerentur: omnibus parentibus summo studio in eam curam est incumbendum, vt illa interposita longiore mora, recens nati infantes per Baptismum in fœdus recipiantur secundum illud Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. quod beneficium non minus infantibus quam adultis necessarium est, siquidem in peccatis concepti & nati & natura filii iræ sunt, & nisi propter Christum in gratia recipientur, nulla spes aeterna vita consequende illis relicha est in nativitate carnali. Hæc ille vere quidè, sed extra oleas excurrens, quum de hoc ne quæsitū sit quidè an vrgere baptismū oporteat, nedū vt facit inter nos controuersum. Ille igitur ad se rediens continenter, Quapropter, inquit, baptisnum infantibus ita necessarium iudicamus, ut solum necessitatem inexcusabilem censeamus, negligentiam autem & contemptum minimè veniam mereri statuamus, qui salutem ita alligamus ut verba sonat, Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Item, Nisi quis fuerit renatus ex aqua &c.

Hæc autem placet seorsim expendere. Quāvis enim ille Augustini nœvus, à Scholasticis etiam animaduersus, in Ecclesia Christiana nunc refutatione non indigeat: quia tamē suis etiam quibusdam argumentis illum fulcire conatur D. Andreas: & in ea tempora incidimus, in quibus nulla est tam nota & damnata hæresis, quam à Satana interpolatam & propinatam nonnulli audiissimè non hauriant, operæ pretium est ista quoque semel redarguere. Questio est, an simpliciter & absolutè sit necessarius baptis mus ad salutem, quod ego cum Orthodoxis omnibus nego: affirmat D. Andreas, illis quidem vocabulis non vtens, sed fidem & adoptionem in infantibus, ac proinde ius salutis infantium à baptismo inchoans: quod si in infantibus valet, multò magis in adultis statudum est, vt qui minus possint ac debeant excusari.

Sic igitur ille, si quis pag. 458. & 492. connectat, argumentatur ex duplice

TEST. DE BAPTISMO.

129

duplici præsuppositione: vna, quod Christus regnum cælorum testetur ad infantes pertinere; altera, quod proinde statuendum sit illos credere, quum sine fide nemo possit placere. Iltis autem positis nititur hoc dilemmate. Infantes istam fidem aut ante baptismum acceperunt, aut in ipso baptismo accipiunt. At ex verbo Dei dici non possunt infantes ante baptismum credere: immo carnalis naturitas nihil facit ad cōfessionem regni cælorum, quia quod natuitur ex carne, caro est. Fide igitur in ipso baptismo & adoptione donantur. At si hoc verum est, Ergo non tantum probabili (inquit ille totidem verbis pag. 492) sed certissima quoque & indubitate consequentia (vide hominis huius confidentiam, Christiane lector) colligitur infantes etiā ex piis & Christianis parētibus natos, in fædere non censeri, nisi etiam baptisati fuerint. Ergo & perire, quum extra fœdus Euāgeliū non sit vita. Ego vero priorem quidem hypothesin amplector, quod videlicet regnum cælorum ad infantes in Ecclesia natos pertineat, quos etiam omnes electos esse, contrario non apparente, præsumo: posteriorem vero de infantium fide distinguo. Fato enim interuenire quidē fidem oportere, vt in fædere comprehensi Deo placeant infantes: sed sua sibiq; inhærente fide premitos illos esse posse vel oportere nego: verū aternæ vita ius, ex fæderis formula acquisitum illis, ex piis parētibus nascendo, fuisse affirmo, baptismo postea, si fieri potuerit, in ipsis ob-signandū, nisi credēti tēpus à Deo definitū differat: quod & ex Apostoli verbis expressis, & ex ipso Augustino, consentientibus etiā patribus omnibus ipsiq; adeò scholasticis, supra demōstrauit. Hac autē euersa hypothesi, corruit etiā dilēma illi superstructū. Itaq; contrariū prorsus concluso cum Apostolo, nēpe sanctos nasci liberos ex alteru- tro etiam fidelī parēte, & si sancta primitiæ, sanctam etiā esse mas- sam: & si sancta est radix, sanctos esse ramos, etiā nonnulli, vel soli Deo noti, vel suo demum tempore patefaciendi, desfringantur.

Pag. 492. confirmatus noster aduersarius infantium comprehensionem siue censum in feedere, ac salutem à baptismo inchoari vix tempore precedente baptismum excluso, (altera videlicet superioris dilectionis parte,) concludat necessario perire quotquot ante baptismum moriuntur, duplice virtute ratione: una, quod carnis nativitas, ex pius etiam parentibus, nihil faciat ad regni caelorum consequentem secundum illud, Nolite dicere, patrem habemus Abrahamum, & Quod natum est ex carne, caro est: & Nisi quis sit renatus ex Aqua & Spiritu altera, quod ex Lege Circumcisionis, cui successit baptismus, excidebaturo populo Dei quisquis non fuit Circumcisus. Hæc ille non tam aduersum me quam contra Dei fœdus, quo seimen cum crecente parente comprehenditur. Est autem in hoc enthymemate vitium illud, maximum quod dicitur οὐ τὸ ἐπόμπον. Nam verum

Rj

quidem est quod ait de carnali generatione, neq; necesse fuit proferre sacra testimonia, quibus confirmaretur quod nemo negat. Sed inde minimè consequitur sanctos, ac proinde in fœdere comprehensos non nasci sanctorum liberos: tantum abest ut ex piis nasci nihil faciat ad regni cœlorum consecutionem. Stat enim illud apud Deum semper veracein, etiam si interueniant in progenie homines mendaces, *Ego Deus tibi & semini tuo: & illud Apostoli, Manet electio propter patres, & illa toties à me citata; Si radix sancta, ergo & rami, &c. Si premitis sancta, ergo & massa: & illud toties inculcatum. Propter David scrum meum.* Nec tamen istud ita intelligendum, quasi sicut peccatum & mors carnali generatione ex uno homine ad omnes peruerterunt, sic fides & vita ex piis parentibus in liberos, tanquam subiecta quibus inhærent, propagentur. Nec enim gratia Dei est in hominum potestate: nec homo sanctus hominem gignit quā sanctus est, sed quā homo est, ideoque impurus impurum. Verū, sic Deo misericordi pacisci cum electis suis, id est cum Ecclesia vera placuit, vt patres credentes, liberis suis in milie quoque generationes, ius Christianæ (vt ita loquar) ciuitatis sua fide acquirerent: prout quidem ipsi Deo libet, hos vel illos ex piorum posteris feligere, vt ex Abrahami, Isaaci, Dauidis, & aliis tot sanctorum historiis, quotidiana denique experientia liquet. Sunt enim electi semen promissionis: neque hominum est filios Deo gignere, sed Dei est vnius filios promissionis, prout ipsi libuit, piis parentibus donare. Interea verò nostrum est, donec contrarium apparuerit, arcanis Dei iudiciis penes ipsum relictis, vt de adultis fidem profitentibus, sic de ipsis infantibus in Ecclesia nascentibus in genere sentire & existimare vt de natis in Ecclesia Christi membris. Et quæsto, si ex piis parentibus nasci nihil facit ad regni cœlorum consecutionem, dicat nobis D. Andreas cur igitur natos in Ecclesia infantes ad Baptismum admittat: Turcarum autem, aut Iudeorum, qui nunc à fœdere ad tempus exciderunt, liberos non item. Annon quòd illi quidem ad fœdus pertinere, quia in Ecclesia nati, censeantur: quibus propterea fœderis σημεῖα & ὅραι, denerari non debeat: illi verò, quia extra Ecclesiam nati, & idcirco immundi, in templum Dei admitti non possint? Nam si exceperit D. Andreas, in Ecclesia natos infantes, non vt iam sanctos & censos in Dei fœdere, sed vt sanctificandos, & in fœdere censendos ad Baptismum admitti: recurret quæstio, & rursus quæram, cur hos ποτὶς quām Turcas aut Iudeos ad istam nanciscendam sanctificationem admittat, si nihil facit ad regni cœlorum consecutionem ex piis parentibus nasci. Vanam autem esse illam obiectionem liquet etiam ex eo, quòd appellaciones σημεῖα & ὅραι, quibus Circumcisioonis, (cui Baptismus successit) principiuin usum declarauit Apolostolus, manifestè ostendunt primum ad Dei fœdus ingressum esse, in Ec-

in Ecclesia & ex piis paréribus natum esse, non autem baptisatum esse: quum ὅφαζε, sive signum obsignás, necessariò antegressum id præsupponat quod obsignatur. Rectius ergo hac de re sensit D. Herbrandus pag. 633. sic scribens: *Christianorum pueri, non sunt natu- ra meliores aut sanctiores aliis, qui extra Ecclesiam sunt procreati: quod verò ipsos seruari affirmamus id habent ex singulari Dei priuilegio, pro- fitente Deo se non tantum nostrum Deum esse, sed etiam seminis nostri,* Vobis, inquit, Petrus Act. 2.39. & quidē agès de baptismo, & FILIIIS VESTRIS est promissio facta, & Deus inquit ad Abrahamum Gen. 17. Ero Deus tuus & Deus seminis tui post te. Nos autem iam semen Abraham sumus, Galat. 3.9. Ergo hac promissio ad nos & nostros in- fantes etiam adhuc in utero positos pertinet. Hæc ille, quæ si vera sunt, sicut certè sunt, quinam verum erit quod inculcat D. Andreas, ni- ficiuntur ad regni cœlorum consecrationem pertinere si quis ex piis pa- rentibus nascatur? Sed ille fortasse mihi obiicit D. Herbrandum non propterea excludere baptismum. Quasi verò nos quum dici- mus sanctorum liberos sanctos & in fœdere comprehensos nasci, sicut præclarè dicit August. *Corpus quidem mortis in primis pa- quia, sicut peccatores infantes generauit, Spiritus autem vita in posterio- rentibus fidelibus eos fidèles regenerauit, idcirco fœderis huius sigillum,* id est Baptisnum excludamus. Sed regeret ille D. Herbrādum, non quibusvis infantibus, sed solis casu necessitatis præuentis & prop- terea non baptisatis, priuilegium illud tribuere, se verò pag. 498. censere quoque, necessitatem inuitabilem, quæ à negligentia & contemptu non nascatur, priuationem baptismi excusare. Sed rur- sus obiectio ista nihil cum iuuerit. Nam verum quidem est D. Her- brandum de illis demum infantibus non baptisatis agere, quos ineuitabilis necessitas præuenerit, qua de re suo loco dicemus: sed inde non consequitur hoc priuilegium à baptismo inchoari, vel à necessitate pendere: Aliud enim est ipsum priuilegium, aliud ipsius efficacia, qua se se non priuarent contempentes baptismi, nisi in ipso priuilegio nascerentur. Deinde, quum disertis verbis, idque non semel affirmet D. Andreas, infantes non ante Baptisnum, sed in ipso demum baptismo fide & adoptione certissimè donari, eaque actuali & ipsis inhérente, sine qua neque infans, neque adultus v- lus possit Deo placere: quis non videt hoc duplex dogma esse pror- fessus εργάτων, & priore posito, posteriori stabilito, prius necessariò perimit? Etenim, si nulla est infantū fides ante Baptis- mu, & tamē seruantur aliqui non baptisati, ergo sine fide seruantur, & falsum est neminem sine fide Deo placere. Sin verò peculiari quodam modo, (quem etiam vt nihil ad tot absurditates deesler, extraordinarium esse ipse negat pag. 492) donantur infantes fide ante baptisnum, arguit ipse se mendacij, quum diceret pag. 450. infantes non ante baptisnum, sed in baptismo fide donari. Et certè ne-

Rij.

cesse est ut ita sese mutuò falsitates elidant.

Alterius autē entymematis fundamentū à lege circumcisōnis desumpti, in qua addatur comminatio exscindendi ex populo Dei cuiuscunq; caro præputij circuncisa non fuerit, falso est ex māle intellecto Mosis integro contextu. Hoc enim ad ipsos infantes suo tempore sicuti oportuerat, parentū culpa non circumcisōis minime pertinuisse, nisi adultiores facti circumcisionem neglexissent, non tantum ex eo colligi manifestē debet quod alioqui insontes damnarentur: sed etiam ex ista legis appendice, *quia fædus meum irritū fecit*. Cur enim infans nullum adhuc habens rationis usum vilius in hac re contemptus aut etiam negligentia pñnas daret? quamobrē etiam Exod. 16. Deus non ipsi filio Mosis incircumcisō, sed Mōsi fuisse dicitur infensus. Nō tantum igitur iis qui ante octauum diē circumcisioni præscriptum moriebantur, non fuit exitialē non circumcisum fuisse: verū etiā iis qui octauo die, suorū culpa non circumcisī interibant, nisi facti adultiores Circumcisōem fuerant aspernati. Denique verba illa Mosis, *Exscindetur anima illa ex populis suis*, ostendit quoque ab ipso exortu centos fuisse in fœdere in populis suis infantes, unde postea demum excidebant quia eius fœderis ob-signationem neglexissent. Et ita exponendam esse hanc legem docet non tantum paraphrasis Chaldaica, verū etiā Rabbi Salamo, iſtis verbis, *Si quis puer non erat a parentibus circumcisus, id parentibus imputabatur, donec puer adolesceret, Nā interim dum erat puer, nec dum filius precepit, illi non imputabatur. Sed ex quo ad ætatem peruenierat, hoc illi, nō patri, imputabatur: nisi etiam pater esset in culpa*. Et Aben Ezra, *Si fuerit, inquit, filius precepti, & non circumcidit carnem præputij sui, exscinditur ille ē populo Dei: quia mādatum puer accepit in persona patris. Quod si pater non circumcidit ipsum, circumcidat seipsum quum fuerit sui iuris: alio qui enim circumcidatur māribus cælorū*. HæRETICI autem putant quod si mortuus esset puer incircumcisus, nō futura esset illi pars in futuro seculo. Sed & Ambrosius lib. de Abrahamo, quāquis ad allegoriā deflectat, disertè scribit vide ri hāc interminationē potius ad intelligentē quām ad infantē pertinere: quod perperam D. Andreas pag. 498. ad infantes restringit ante diem octauum mortuos. Et hic cogor de D. Andree amanuensibus ut falsariis conqueri, qui vna eadē m̄que pag. 497. duas cōtrarias sentētias mihi attribuerūt. Quo sensu vero illa Christi verba, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, accipienda sint, recte exponit D. Het brandus, cuius verba paulò antē citauit*.

Accedo ad aduersarij nostri sententiam de incircumcisōis in deferto mortuis expressam pag. 495. quorum duo facit genera: Vnum ante octauum diem mortuorū, quibus pñrat non imputatā fuisse incircumcisōem, vt qui videri non possint Legem violasse; alterum corum qui ultra octauum diem vixerunt manentes incircum-

cisi.

cisi. Horum autem alios et si grauiter peccantes, tamen, Deo ipso propter tumultuarias & incertas castrorum mutationes excusantur, fuisse postea sub Iosua circumcisos: alios autem quos Deus non tolerauerit postea circumcidendos, si ex Dei verbo iudicadum est, omnino perire videri. Etsi enim totidem verbis istud dicere non est ausus D. Andreas, tamen istud ex ipsius sententia satis perspicue explicata necessario colligitur. Ego vero, et si quod ad illos infantes in circumcisos ante diem octauum, sive in deserto, sive postea deinceps mortuos, omnino ipsi assentior: tamen demiror quoniam id possit ipse affirmare, quem semet ipsum redarguat. Quod enim de Baptismo dixit, nempe in baptismo dari fidem & conferri adoptionem infantibus, affirmat similiter pag. 477. de Circumcisione. Atqui si verum istud est, quinam seruabuntur vlli incircumcis, quin statuatur vel aliquos sine fide seruari, vel falso dici datam fuuisse fidem & adoptionem in ipsa Circumcisione? Ad eos autem quod attinet qui ultra octauum diem vixerunt sub Iosua demum circumcidendi, confidentiam huius hominis, omissionem circumcisoris tam duriter interpretantis, satis superque refellunt quae ex D. Herbrando citauit. Restant mortui post octauum diem in deserto incircumcisi, quos sive paucissimos, sive aliquo numero (quis enim hoc nouit?) viderit iste cur exitio addicat, si, quod omnino verum est, praesens vitae discrimen omnes illos a necessitate Circumcisionis excusauit.

Quod autem idem pag. 498. postquam docuit, & quidem recte, minus nunc excusari non baptisatos quam olim incircumcisos, eò quod nullum certum spatium baptismi tribuendo sit definitum, concludit solam necessitatem ineuitabilem excusare posse non baptisatos, negligentiam autem nec contemptum veniam mereri: in qua sententia sunt quae merito desiderem. Primum enim, quae censenda sit ineuitabilis necessitas definiri saltem in genere debet ut conscientiis satisfiat, qua de re mox dicam: deinde negligentiam sine vlla exceptione parem facere contemptui, & quidem in re omnium maxima, putate vitæ vel mortis æternæ, nemo non videt eius esse sceleritatis que Dei clementia minimè conueniat. Præterea, quorsum istud merendi verbū? Quod enim quis est apud Deum vlli excusationi locus, sive hac in re, sive in aliis, ab una clementissimi patris indulgentia proficiscitur. Insuper, si vitae discrimen, propter incertas illas castrorum mutationes, infraélitarum infantes in deserto à Circumcisionis necessitate excusauit, (Deo proculdubio, nec Moze nec Aarone, neglecta totis annis quadraginta in tot infantiū millibus continuata nunquam alioqui toleraturis) cur non etiā idem in Christianorum liberis periculum euidenter obtinuerit? Quam enim multa possunt incidere, vel in ipso puerō, vel aliunde, propter quae exportari nec tamen intus possit baptisari infans, vel

adultus aliquis moribundus & cui necessitati quod occurri posse putat D. Andreas tributa cuius, etiam mulieribus, baptisandi potestate, suo loco refellam. Et cuñam ille persuaserit, olim apud Israëlitas usque adeò præcisè obseruatum fuisse octauum illum diem infantium circumcitioni præcisè definitū, ut in quoconque valetudinis statu essent infantes illo ipso die circumcidarentur, quum teste illo Dauidis & ipsius sociorum facto, quum sacros illos panes comedenter: & testante Christo, Sabbathū, cuius alioqui tam præcisa fuit obseruatio ut vel leuissimum eius contemptum iussiterit etiam Dominus lapidatione vindicari, propter hominem sit, non homo propter Sabbathum) nulla fuisse Lex ceremonialis videatur, quam charitas quadā ~~eternitatem~~ non temperaret? Nec aliunde factū in Ecclesia Christiana, frigidioribus præsertim locis, ut aspersione cesserit totius corporis antiqua ablutio, ob infantium videlicet corporis imbecillitatem, quum paucissimi iam adulti baptisarētur, qua de re agit Cypr.lib. Epist. 6: quāuis immersionis ritus fuerit Sacramentalis ut docet Apostolus Rom. 6. & , ut ex antiquis Synodis etiam appareret, Laodicēna videlicet & Neocæsariensi, superstitioni nonnulli agrē in aspersionem sive perfusionem consenserint. Denique sit quidem contemptus Sacramentorum exitialis, quoniam fœdus ipsum vitæ pro nihilo dicit, qui diuinitū adiunctum eius sigillum aspernatur: qua tamen iuris specie fuerit ipsi infanti nulla sua culpa non baptisato exitialis? nisi forte postea factus adultior baptisari neglexerit, sicut de non circumcisio paulo antediximus. Sic autem ista sunt accipienda, ut discriminem illud vitæ exceptiatur, in quo vel mordicūs obseruandum sit Dei mandatum, vel prodenda Dei gloria. Tunc enim mille potius obeundæ sunt mortes, quam verbum Domini violandum: æterna felicissima laude dignis illis Machabæis vocatis, qui vñā cum matre maluerunt omni immanissimæ saevitiæ genere excarnificari, quam suillam degustare. Sciendum est & illud quoque sic esse Baptismi neglegtiōnem sive parentibus, sive ipsis infantibus exitialem, ut tamen res ipsentia sit locus: quæ si vera fuerit, baptismum certè, prout licuerit, flagitabunt qui ante illum neglexerāt. Sed quid si tunc obstatulū tale inciderit, ut obtinere quod cupiūt minimè tamē possint? Nempe tantò magis est ipsis deflendum illud peccatum? Sed quis illis culpat deprecantibus venia locum præciderit? Ergo non incipit fides & adoptio ab ipso baptismo. Nec temerè Ambrosius Valentinianū, tardius, malo illius seculi more, accendentem ad baptismum, & in itinere mortuū, (num verò quod in ipsis comitatu deessent mulieres aut priuati homines à quibus baptisaretur, si tūc obtinuisset in Ecclesia pudendus error γυναιοθεωτισματος?) non dubitat nihilominus ad beatam vitam euocatum pronuntiare. Et de his quidem haec tenus, quæ partim ex Dei verbo & certis rationibus

nibus falsa deprehenduntur, partim ambiguè & in incertum ille certe nobis in illa collocutione proposuit.

Nunc superest ut quatenus Baptismi lege astringamur, & ab eius necessitate absoluamur, differamus. Nobis enim duæ necessitates hic occurunt mutuè sese respicientes: una, qua constringimur: altera qua liberamur. Frustra enim de liberatione laborat qui non est obligatus, & contrà frustra sese liberatum somniat, qui Legis vinculo constrictus tenetur. Dico igitur quòd ad ipsius præstantæ Legis obligationem pertinet, magnum esse dictamen inter ipsum salutis fœdus, & sigilla ipsi fœderi ad eius promissionem in animis credentium certiore fide obsignandam adiuncta, quibus ne egeremus quidem à tanta & tam firma fœderis enim ipsius fœdum tale est ut nullam exceptionem penitus admittat, & vel eo comprehendendi vel perire necesse sit, citra villam, vel personarum, vel locorum, vel temporum distinctionem. Nam extra Christum, qui veluti substantia est istius fœderis, nulla prorsus est salus. Christus autem ex fœderis formula, solis credentibus applicatur. Itaque stat illud Christi dictum nullam prorsus necessitatis excusationem admittens. Qui non crediderit, condemnabitur. Quomodo verò infantes in parentibus piis credant, siue fideles censeantur, suo loco diximus. Sacramēta verò quum sint illius salutaris fœderis appendices, quibus propriè neque Deus sese ad nos seruandos obligat, neque nos ius illud vitae aeternæ adipiscimur, sed fidei nostræ antegredientis sint & apud nos & apud Ecclesiam adminicula, cui tum iam antea Deus sese obligauit, & nos vicissim illius gratiam receperimus, crescente sic fide in nobis magis ac magis obsignādam: consequitur non simpliciter, ut de ipso fœdere diximus, Sactamentorum usum & perceptionē diuinitus præcipi, sed quatenus eius legitimè, id est ex eius ordinatione potiundi adminiculi copiam & potestatem facit Deus, quemadmodum videlicet in contractibus humanis ipsa obligatio ex pactis conuentis nascitur: instrumentum verò cōtractus, tabellionis subscriptio, testium nomina, sigilli publici appensio, confirmationis tantum causa adhibentur: quæ non vñq; adēd necessariò requiruntur, quin firmus etiā absque illis maneat contractus ex mutuo partium cōfensi, vel dissentiente quoque una parte, infirmetur: si modò alia ratione quā communib; illis & ordinariis testimoniis de ipso cōtractu liqueat. Hoc autem ita statuendum esse inde quoque apparer, quòd fœdus quidem ipsum vniuersaliter & simpliciter, sicuti diximus, à Deo conceptum est: Sacramenta verò certis demum adhibitis circumstantiis, quas si quis obseruare nulla sua culpa penitus prohibeat, Legis violatae rei censi merito nec apud Deum, nec apud homines possit, Deo videlicet quasi clara voce ipsum à legis mandato.

absoluente. Sic olim Circumcisio fæminas nullo tempore obligabat; mares autem octauo idemum die iubebat circumcidere. Ergo nūquam ad fœminaruin, ad marium autē salutem octauo demum die fuit necessaria Quid si verò die octauo, vel ob morbū, vel alium eiusmodi casum citra vitę discriben infinitus circumcidi non poterat? an potius fuit morti expōnendus quām Circumcisio differenda? Respōdeat hic quod volet D. Andreas, grauissimus & simul lenissimus Israëlitarū accusator, quod suos infantes tot annis, reclamatiibus sicilicet Mose & Aarone, circuncidere in deserto non sustinuerint. Ego cōtrā, nō minus certò, sed, ut opinor, verius assevero, futuros homicidij reos apud Deū, qui, nulla valetudinis habita ratione, infantē eiusmodi ex vulnere probabiliter moriturū circūcidissent. Quod enim de Sabbatho Christus ait, & exemplo suo cōfirmat, Sabbathum esse cōstitutum propter hominem, non autem hominē propter Sabbathū, id est Sabbathi hīsmi cēremoniam: non dubitem de tota cēremoniali, iplāque adeò circūcisione affirmare. Quamobrem etiam Legislator illam aduersus incircumcisos comminationem ijs verbis concepit quæ satis ostendunt ea pœna teneri, non quicunque octauo die prēcisè, sed indefinitè qui non essent circumcisi: nec in genere omnes non circumcisis, sed eos demum qui adulti circumcidi neglexerint. Et quæso, quām multa incidere octauo die vel etiam postea potuerūt, per quæ nullus omnino Circumcisioni locus relinqueretur? In Baptismo vero, quispiam meritò dixerit tantò minus excusandam negligentiam, vel contemptus culpam qui ab impietate non procul absit, quantò minus est operosa ipsius cēremonia, nullo etiam adiuncto vel sexus discrimine, vel temporis certi spatio circumscripta. Sed arctius esse nouorum quām veterum Sacramentorū præceptionis vinculum, qua ratione censeri possit, ego quidem videre non possum, qui potius audiam alibi nos esse oneribus eiusmodi per Euāgeliū leuatōs. Certè hac vna ~~omnitas~~ ratione de ægrotis adultis non lotis sed perfusis rogatus Cyprianus lib. epist. 4. epist. 7. In sacramentis inquit, salutaribus, necessitate cogente, & Deo indulgentiam suam largiente, totum credentibus conferunt diuina compendia. Quod autem ille, in clinicis tunc vocatis, certæ illi necessitatib[us] tribuit, postea in Occidentis Ecclesiis sensim ordinarium habeti cœpit: nempe vt, infantium teneritudinis habita in frigidioribus regionibus ratione, perfusio immersioni successerit. Et quām multa præterea incidere possunt, quæ infantem baptisari nullo modo patiatur? Hinc illæ scholasticorum vanissimæ disputationes, quid agendum. si naturalis aqua defuerit, & alia non panca, non minus stultè proposita quām ridiculè disputata, & superstitione conclusa: qui tamen ipsa veritatem coadūti, baptismum voti sive flaminis, itidēmque sanguinis adiunxerunt ordinario, quem fluminis vocant, baptismo. Quod si vetus Ecclesia

Ecclesia præcisam illam baptismi necessitatem probasset, vel à baptismo inchoari fidem & spem salutis existimasset, an credibile est patueros illos tantum dies baptismi administrationi fuisse præscriptos, quibus tandem adiuncta est necessitatis exceptio quorum: adhuc vestigia in pseudocatholica Ecclesia Romana supersunt, Dominica quam vocant, in albis, & fontium, quos appellant, benedictio festum Paschatis antecedens. An etiam probabile est, si dum hæc baptismi necessitas tam præcisa obtinueret, veteres religiosissimos etiam homines, ut imperatores illos Constantiū Magnum, nonnisi paulò ante mortem baptisatum: & Valentiniānum cunctatione etiam sua non baptisatum: atque adeò episcopos, vt Nanzianeni in adolescentia demum baptisati patrem, tam diu fuisse baptismum dilaturos? Hanc tamen dilationem fateor minimè probandam fuisse, ac meritò postea correctam, utpote ex alio errore contrario profectam, nempe ex eo, vt de seipso testatur August. lib. Confess. i. cap. ii., quod post illud lauacrum maior. & periculosis in sordibus delictorum foret reatus. Tantæ est difficultas, quod de virtutibus quoque suis rectè dixerunt Philosophi, modum in rebus tenere. Sed satis est euicisse verba illa Christi, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c.* ne in adultis quidem fuisse tam præcisè intellecta, quām putauit August. à se ipso tamē alicubi dissentiens, & in alterius quoque Sacramenti necessitate perceptus, ex illis eiusdem Christi verbis Ioan. 6. 53. *Nisi ederitis carnem filij, &c.* malè ad infantes applicatis: quod est postea in Cartaginensi Synodo correctum, argumento ex verbo, *λαβετε*, Accepit, desumpto, quod tamen multò firmius ex illis Apostoli verbis, i. Cor. ii. 28. *Probet autem quisque seipsum, desumi potuit.*

Stat igitur illud, de quo copiolissimè & eruditissimè disputat Epist. 77. Bernardus, exitialem non esse omnem baptismi priuationem, sed eam demum quæ ab eius contemptu vel crassa negligencia proficiuntur, quod & ipsum tamen postea verè resipiscenti condonatur. Sed quomodo sit iste contemptus definiendus, non inter omnes conuenit. Hic autem primum illud sine controversia statuendum esse videtur, eum videri non posse baptismum contemplisse, cui sit aliunde imposita necessitas omnem baptismi usum prouersus impediens. Ut si morte quispiā præueniat: aqua, vel eo quod aquæ vicem præstare possit, destituatur, ibi tamen versetur ubi baptisari nullo modo possit: cuiusmodi multi casus occurunt, sine de infantibus, sive de adultis agatur. Sed in hoc veritur controversia, quod à priuato quouis, imo etiam à muliere, petendum & administrandum baptismum potius quam eo carendum putant nonnulli: minimè nouo quidem, sed maximo tamen & molestissimum scrupulum conscientis ingerente errore, quis rem ipsam penitus consideret: quum eousque prouectum.

fit hoc dogma, ut alij quidem aeternis pœnis ipsos infantes in quibus hoc remedium esset neglectum addicere non sint veriti, alij dum hanc severitatem mitigare student, in absurdissima somnia suas & aliorum conscientias coniecerint. At quid hoc est aliud, quam captiuum esse in ipsa libertate imaginari, & de soluendi nodi ratione & modo laborare, quo minimè tamen tenearis? Lubet sanctificari sabbathum Dominus, sacrificia fieri, dies festos celebrari: sed eo tempore, modo, ordine & à quibus ut ista fierent, aliis legibus perscribitur. Non igitur neglexerit istas leges qui præstare quidem illas voluerit, eo tamen loco, ordine, & per quos oportuit suo desiderio satisfacere non potuerit, adeò quidem ut si in hanc unam legem de hoc vel illo faciendo, neglectis iis quæ ratione in eius rei præstantæ præscribunt, fuisse intentus, id ipsum fuerit transgressurus, cui tamen præstando studebat. Idem autem ab istis admitti dico, qui priuatorum ac præsertim mulierum baptisatum non tantum tolerant, verum etiam in illius suæ commentitiae necessitatis articulo præcipiunt. Quis enim dubitare potest quin sacramentorum administratio sit altera Euangelici publici ministerij pars? Profecti, inquit Dominus, Matth. 28.19. docete omnes gentes baptisantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Et quum vel parentum in infantibus, vel ipsorum baptisandorum in adultis testimonium & professio requiratur, ad quem pertinet baptismi munus si non ad eos demum qui à Christo illius exigenda auctoritatem habent? Itaque ut non omnes in Ecclesia prædicandi Evangelij auctoritatem habent, ita neque baptisandi. Unde igitur imaginaria ista necessitas baptiūm à priuatis vel mulieribus petendi? & quis illis personis ullum administrandi baptismi ius attribuit? Immo quum is qui baptismum mandauit, legem etiam eius petendi, & administrandi rationem præscriperit: quinam tandem dicendi fuerint præcepto baptismi obtemperasse, qui rationem illius baptismi administrandi scientes prudentes violarint? Et quinam videri possint satis ex verbo Dei sapere, qui una lege se ad alterius violationem astringi existimat? Et cur non potius sele meritò quispiam ab ea Lege diuinitus solutū existimat, cui Deus non faciat eius quo Deus mandauit ordine præstantæ potestatem? Et ita iudicasse veteres Patres aduersus istam auctoritatem, sed committitiam necessitatem potest etiam exemplis probari. Quorsum enim Nazianzenus adolescēs in manifesto naufragio, quasi media morte deprehensus, tautopere lamentaretur se non baptisatum versari in mortis periculo, quum tam facile posset hoc quod metuebat vitare? Nā certè nec aqua in medio mari, nec viri vel mulieres in nauī deerant, in quibus in tanto damnationis periculo baptisantur. Nititur autem hæc huius cōtrouersiae definitio duobus firmis & immotis fundamentis. Primum enim in Ecclesia nemo priuatus

libi auctoritatem tribuit administrandæ domus Dei, sed is qui vocatur, sicut Deo extra ordinem excitante, qui sese latronibus per ostium non ingressis opponant: sive sit ordinaria vocatio, qualis est obseruanda, vigente sacri Ministerij politia: quam obrem expresse in mea antithesis ad dogma vndecimum, vigentis Ministerij memini: isti vero, V R G E N T I S pro V I G E N T I S magno errore scripserunt & considerunt. Deinde mulieres loqui in Ecclesia, id est (ut ipse aduersarius noster recte pag. 500. interpretatur) in cœtu publico prohibet Apostolus. Ergo & concionari, & Sacra menta administrare.

At contrâ D. Andreas pag. 499. & 500. *Silicet*, (inquit) quod manus est mulieribus in casu necessitatis (id est absentibus Ecclesia ministris, vel aliis viris aliqui priuatis) moriturum hominum promissionibus verbi Dei consolari & à peccatis absoluere: (quid enim P R E A D I C A T I O Euangelij aliud est quam absolutio à peccatis?) licebit etiam quod minus est, nempe in casu necessitatis baptisare: nec ullo iurz, inquit pag. 501. ulloque expresso Dei verbo ab hoc Ecclesiastico ministerio mulieres arceri possunt aut debent. Ergo, inquit rursum pag. 501. neque mulieres à M V N E R E D O C E N D I Euangelij & consolandi agrotos repellere debemus. Hęc ille in summa, pro muliebri baptismo: in quibus primum Sophistico more præsupponit illud ipsum de quo queritur: incidere videlicet posse necessitatem aliquam eius ordinis violādi quem esse perpetuum voluit Dominus. Nunquam autem esse imaginandam necessitatem quam Lex ipsa non imponat, vel quæ à vinculo Legis, quod nusquam est, homines absoluat, satis liquet ex plurimis Scripturæ locis: vt ex miserabili exitu filiorum Aaronis peregrinum ignem inferentium: ex Ozæ illius arcum, alioqui, ut ipse existimat, ruituram, fulcientis: Saülis non exceptato Samuele sacrificantis, & aliis eiusmodi. Ipse vero D. Andreas recte agnoscens pag. 499. baptismum esse Euāgelici ministerij partem, satis seipsum refellit. Nam si Ecclesiasticum est, ergo non priuatum: ergo non muliebre: nisi prius ille demonstrarit incidere necessitatem posse, in qua baptimus Ecclesiastici muneris pars esse destinat, & illū Apost. locū Heb. 5. 4. *Nemo sibi ipse assumit hunc honorem*, sed qui vocatur à Deo, vel ad solum Pontificatum restringat, vel sua illius cōmentitiæ necessitatis exceptione doceat circumscribendum. Neque contra nos faciunt singulare exempla, in quibus extraordinarius Dei afflatus interuenit, vt, cædes illa à Phineazo, indicta causa, patrata: vt Eliæ holocaustum, & plurima quæ, Iudicum præsertim temporibus, contigerunt: quibus sunt etiam accentuata quæ Deus quavis non ritè facta tolerauit, vt quod Tzippora filium cum graui iracundia, non veræ pietatis causa, circumcidit: quod proculdubio Deus tolerauit, moderata. Mosis castigatione contentus, ne afflito afflictionem adderet. Et ut ad ipsius

argumenti firmamentum accedam , quo tandem pudore Docendi verbi & Absoluendi munus mulieribus attribuit? Quoniam, inquit, *predicatio Euangely nihil aliud est quam absolutio à peccatis.* Immo etiam alligatio. Quid tum verò? Et quid inde concludi potest, nisi prædicationem quoque Verbi ad mulieres pertinere , quæ viris quidem sit ordinaria, mulieribus autem tum demum concessa, quum, vt iste suam necessitatem definit, aliquo iacente moribundo Ministri verbi, vel alij priuati viri nō adsunt? Atqui, tātū abest vt in scriptis Apostolicis τὸ κηρύγμα, quod priuata non esse actionis ipsum vocis etymon declarat, mulieribus tribuatur, vt etiā τὸ διάτονον, non de aliis quam de iis dicatur qui publico in Ecclesia ministerio docendi funguntur. Adeò quidem vt Lucas Act. 18.25 de illo sanctissimorum coniugum pari, Aquila videlicet & Priscilla loquens, à quibus Apollos ille Alexárdinus fuit pleniū in struētus, verbo ἐκτίθεσθαι non temerè sit usus. Ne videat autem syllabas aucti, fateor quidem conferri inter se posse verbi prædicationis & Sacramentorum administrationem, vt duas sacri publici ministerij partes, quarum vna sit primaria , altera illius appendix, quae de re mox dicemus: sed vicissim dico, utramque illam verbi administrationem , quæ publici ministerij Ecclesiastici pars est, specie prols differre, tum ab eo officio quo Christiani omnes, quovis tempore & loco, quacunque oblata occasione mutuo sese instruere, corripere, solari ex charitatis Lege tenentur: tum ab eo iure quod patres & matres in familias, magistri in discipulos, domini in seruos, etiam cum aliqua coercitione obtinent: sicut economicen & alios societatis humanæ gradus, atque adeò herilis potestas à Magistratum imperio prudenter discernitur, quamvis multa Magistratus cum suis subditis gerat, quæ priuati cum priuatis, sed alia & penitus diuersa auctoritate. Malè igitur D. Andreas ista quæ tota specie differunt, tāquam unum & id ēssent, eodem numeris docendi & absoluendi nomine appellat: & illud vt maius quiddam cum Sacramentorum administratione, quam rursus priuatis & mulieribus perperam attribuit, in illo suo à minoris & maioris comparatione desumpto argumento perpetuā componit. Et si enim unus est Christus & vna fides, & Deum loquentem, arguentem, solantem audire in omnibus teneantur: tamen aliud est ex fraterna charitate & paterno quoque vel herili iure agere, quam ὁ πέπλος τοπερένει, ὑπερίτας & mysteriorum Dei ἀνερόπους, & non simpliciter nec priuato aliquo paterno vel herili iure, sed μετὰ πάντων επιτάχει loqui, exhortari, arguere, quæ non quibusvis Christianis, sed solis ad Euangelij ministerium vocatis attribuit Apostolus, qui propria & peculiari ratione, homines Dei, & servi Dei nuncupantur, & de quibus demum Dominus loquens, Sicut (inquit) misit me pater, ita & ego mitto vos. Qui vos audit, me audit: & qui vos

vos spernit me spernit &c. quemadmodum etiam, non in correctionis fraternali, adhibitis etiam duobus aut tribus testibus factae contemptores, sed in eos duntaxat qui Ecclesiam (id est presbyterium) contemplerint horrendum hoc iudicium praescribi, Esto sicut Ethnicus & publicanus.

Ruit ergo huius argumenti à comparatis rebus sua forma non disparibus tantum, sed etiam dissimilibus sumpti fundamentum, quod etiam hac altera ratione funditus evertitur. *Vtrum* (inquit ille pag. 500.) *maius est verbū & predicatione Verbi, an vero Sacramentum Baptismi, & eius administratio*. Antequā ad hoc respondem, dicam, & quidē non ut diuinans, sed ex iis quæ mihi pag. 501. respondebit, quærenti an etiā Cœnam Domini pati posset ægrotanti & moribundo cuiquam absente pastore, vel à priuato viro, vel à muliere præberi, quodcadem sit Sacramenti vtriusque ratio. Negavit ille se hoc passurum. *Dissimilem enim horum rationem esse Nam infans, inquit, nungquam adhuc fuit baptisatus, quæ mulier in casu necessitatis baptisatur. Sed in agone constitutus Christianus adulterus, prius sepe Cœnam in cœtu Ecclesiastico percepit: cuius si commonescat per mulierem consolantem v. ce Euagely, nihil periculi est, etiam si non percepta Cœna Domini moriatur. Sed baptismi longè alia ratio, de quo Christi verba extant. Nisi quis renatus fuerit &c.* Quasi vero dari non possit etiā quipiam in manifesto mortis periculo constitutus, qui nungquam sacram Domini Cœnam percepit, & non minus de salute sua desperet, quam qui nondum baptisatus, baptismum petat: quod quum D. Andreæ obiecisse, nec ille satis hunc nodum posset expeditre, pudendum istud responsum effudit quod ipsius amanuenses præterierunt, & ego in præfatione huius mei responsi semel commemoratum hic repetendum non censui. Cæterum quod magnis necessarium esse putat baptismum quam Cœnam Domini, falsò dicitur, si August. creditus illud Christi, Nisi manducaueritis carnem filii hominis &c. non minus præcise quam istud, Nisi quis renatus fuerit &c. in ipsis etiam infantibus urgentis. Ego vero iis quibus præcipitur, (præcipitur autem infantibus quoque baptismus, solis autem adultis Cœna Domini, ut qui se se probare iubantur) æquè vtrumque necessarium esse non dubito, hactenus videlicet ut neutrīs priuatio, sed solus contemptus sit exitialis: contempnisse vero neutrum censetur qui hoc vel illo potiri ordine diuinatus constituto non potuerit. Sed age, meritò sit, quod ad Cœnam Domini infantibus quoque præbendam attinet, repudia-Augustini sententia. At si quod magis est necessarium, maioris etiā est momenti: baptismus autem si D. Andreæ creditur, magis est quam Cœna Domini necessarius, ideoque priuatis quoque & mulieribus concedendus, Cœna vero Domini non item: consequitur vel in hac controversia non fuisse quærendum vtra res, nempe

verbum, an baptisimus præstantius quiddam sit sui natura, sed utrum ex his duobus magis sit necessarium. Fieri enim posse ut quod vñu magis est necessarium, tripla tamen & sui natura sit inferius & minus quiddam. Hoc autem posito seipsum elidet D. Andreæ argumentum. Nam qua ratione baptisimus ut magis necessarius mulieribus concedetur, at non Cœna Domini: dicendum quoque foret verbi quidem diuini docendi, vt pote supra ipsum quoque baptisnum necessarij, potestatem mulieribus, atque adeo quibusvis permittendam, baptisini vero non iter. Verbum enim magis requiri quam baptisnum, vel ipsam quoque Cœnam Domini, extra controvèrsiam est. Vides igitur & ineptam esse istam à comparatione naturæ istarum rerum desumptam argumentationem; & falsam esse illius qualis ab illo ponitur consecutionem. Age tamen aliquid etiā de illa proposita nobis quæstione cōposita dicamus quod maximè ad rem facit. Primum igitur Verbum simplex distinguo à verbo Sacramentali, id est adiectis signis & ritibus externis & visibilibus veluti vestito. Deinde in ipsis Sacramentis verbum promissionis ab elementis & signis ipsis discerno. Etsi vero verbum simplex est in primis necessarium, vt pote cui sanciendo Sacramentales actiones sunt institutæ: & est in primis data opera, vt perenniter & diligenter administretur & audiatur: quo etiam sensu dicit Apostolus sese missum non ad baptisandum, sed ad Euangelisandum: tamen verbum Sacramentale tantò maius quiddam, ac proinde tanto præstantiorem eius administracionem esse res ipsa testatur, quanto pluribus & quidem singulorum accendentium sensibus oblicitur, ac proinde quanto pluribus in eo instrumentis, fidei intra nos fouenda & augenda causa, Spiritus Sanctus vtitur. Quod quin ita sit, etiamsi concederem verbi simplicis administrationem esse priuatim, atque adeo ipsis mulieribus cum Ecclesiæ Ministris communem: minimè tamen sequeretur attribuendam illis esse administrandi Sacramentalis verbi potestatem, quia cui minus conceditur, maius tamen statim non attribuitur. Verbum vero promissionis sacris signis adiunctum, longè præstantius quiddam esse fateor quam ipsa elementa, vt pote quæ sint haud secus illius appendices, quam publica sigilla instrumentis appensa. Quod si priuatorum hominum non est, sed vniuersaliter publicæ Magistratus auctoritatis, tum acta publica, tum res inter priuatos gestas publico sigillo appenso sanctificare & communite: & si quispiam priuatus id facere sit aggressus, meritò falsitatis arq; aded violatæ publicæ auctoritatis reus fuerit, quæcumque necessitas pretexatur: multò magis de Sacramentorum administratione, vt quæmetè sit actio publica, & solis ad Ecclesiæ Ministerium vocatis Dei seruis comissa, idem statuendum esse res ipsa demonstrat. Nam & illud observandum est, adiunctam elementis gratiæ promissionem,

missionem, non totam positam esse in illa paucorum verborum formula, ex cuius præscripto Christus Ecclesiæ Christianæ Sacra-menta sigillatim Christianis administrari iussit; sed illius quoque promissionis enarrationem, & expresam, præsertim in Baptismo, stipulationem illius formulæ adhibendam: partim ut quod singulis præbetur cōmuni totius præsentis cœtus confessione & approbatione sanctiatur: partim ut ad dominum quisque magis ac magis videat ne in dignè sacramenta participet. Et si enim baptisimi liturgia ab ipsis infantibus tunc non percipitur, tamen eam adulti possunt, ac etiam debent si adolescentes, meditari: & Ecclesia intereat ut authenticū habeat singulorū suorū membrorū, quoad eius fieri potest, testimonium: nec satis potest vnicuique, etiam quoniam de aliorum baptismo agitur, incylari quod in baptismo se oponeret: ut communies Ecclesiæ preces, in liturgia adiunctas prætermittant, quæ certè vix in utilis ipsis infantibus fuerint. Idq[ue] ita semper fuisse in Ecclesia, constituto in sacri Ministerij ordine, vestitatum, liquet ex puris veteribus liturgiis: unde illa bona conciētia est, quoniam, cuius sit in priore Petri epistola cap. 3. 21. intentio, quas veteres liturgias posteri miris modis contaminarunt. Quod si enarrationes & expositiones illæ sacrorum mysteriorum coniungendæ sunt cum ipsa illorum applicatione, & illas priuatis quoque atque adeo ipsis mulieribus permittendas esse existimat D. Andreas, agedum primatos quoque & mulieres, in suæ illius necessitatibus casu, in pulpito quoque collocet. Veteres quidem certè Patres, ut Carthag. Synod. 4. Can. 100. aduersus Marcionitas, Tertullianus Marcionitas, Epiphanius Pcusianos & Collyridianos, Ambrosius Cataphrygas reprehendentes, nullam ne tenuissimam quidem istius necessitatis exceptionem adiicunt: nunquam tamen certè illam prætermisuri, siquid tale tunc in Ecclesia obtinuerit. Et quæso, num Deus ipse tulisset olim alias quam ex tribu Levi, vel sacerdotali, vel Levitarum inferiorum ministerio defungit? Testes sint eius rei Mica ille Iudicum temporibus, & Gedonis Ephod, & Vise lepra. Nec ad rem facit onus quoddam, quod Carthag. Synod. 4. Can. 12. fuisse dicitur viduis commissū in instruendis imperitis, & rusticis mulieribus baptisandis: ut quomodo respondendum esset sacris interrogationibus noscent. Nec etiā huc spectat quod ait Epiphanius contra Collyridianos, fuisse videlicet Diaconi, (quarum collegium constat detersum prosys à verbi Ministerio failse) commissam curam, ne in mulierum baptismo nudatum mulieris corpus conspiceretur à viris sacra facientibus. Quod autem scribit Augustinus lib. ad Parm. 2. cap. 13. nescire san

alter ille de Cœna infantibus administranda, ex opinione vide-
licet imaginariae Sacramentorum necessitatis, in baptismo qui-
dem ex illo Christi dicto, Nisi quis renatus fuerit: &c. in Eucha-
ristia verò ex illis eiudē Christi verbis, Nisi manducaueritis car-
nem Filij hominis &c. Hanc autem eius opinionem non fuisse
tunc in Ecclesia receptam de baptismo à priuatis administrato-
rē sed paulatim iam tum inuchi cœpisse, sicut & alias non pau-
cas in Christiana Religione corruptelas, satis indicat ambigua &
incerta ipsius oratio. Nam & iam antea Alexander ille Alexandri-
nus Episcopus, vir alioqui Orthodoxus, & præcipiuus Arrianorum
hostis, eouslyque aberrauit (quidni enim hoc ingenuè dixerimus) vt
etiam baptismum à pueris per lusum sacri baptismi ritus simulan-
ribus administratum, usque adeò pro vano & irrito non habuerit,
vt negarit esse in Athanasio illo magno repetendum, cuitamen
quenquam orthodoxum vix nunc arbitrer absensurum.

Denique quid ad duos illos Apostoli locos à D. Andrea citatos
attinet: lapsus est in memoria in priore ex 1. Corinth. 14.34. Nec enim
ibi sit vlla docēdi muneris mentio, siue in Ecclesiæ cœtu, siue ex-
trà Ecclesiæ cœtu, sed iubet Apostolus mulieres in sacro conuen-
tu usq; adeò silere, vt ne interrogandi quidē causa os aperiāt: quod
ab idiotis quoque factitatu fuisse in Iudaeorum synagogis ex Euangeli-
ca historia constat: & in conuentibus quoque Christianorum,
ex aliquot Apostolicarum epistolarū locis, & Tertulliano quoque
apparet. Sed alterius loci meminisse debuit idem D. Andreas, ex 1.
Tim. 2. 12. vbi simpliciter, & nulla temporis vel conuentus publici
facta mentione, mulieres prohibet docēdi manus usurpare. Notat
enim, vt anteā diximus, verbo θεωρεῖν notari præfecturā soli Ec-
clesiastico ministerio propriā. Alter autē locus ex Gal. 3. 28. multò
etiam violentius ad id de quo hic agimus applicatur, quam mani-
festè constet Apostolum, neque de verbi prædicandi & Sacra-
menta administrandi munere, neque de vocationibus etiam pri-
uatis, quibus Ecclesiæ Christianæ membra inter se distinguntur: sed
de salutari illa Euangeli gratia quibusvis per Euangeliū, subla-
tis omnibus externis gentium, status, sexus circumstantiis, & in
verbo & in Sacramentis præbita. Hoc igitur nihil aliud est quā in
extrà oleas vagari, & vt facere consueuerunt homines ιδογνώμονες &
αὐθέδεις, temerè quiduis ad quodvis probandum arripere. Et de
baptismo quidem haec tenus. Nunc audiamus quæ fuerint à nobis
ex tota superiori disputatione tum de templis & imaginibus, tum
de baptismo, bona fide collecta, & eo ipso tempore à nobis quidem
D.D. Virtembergensibus exhibita, ab ipsis verò repudiata.

In tertia Collatione, in qua de Templis Papisticis & imaginibus actum est, utrinque in his quae sequuntur conuenimus.

1. Primum: *Templis opus esse in Ecclesiis: id est certis locis ad sacros conuentus ordinatis.*
2. Secundò: *Templa Papistica sufficere ab idolatria & ceteris eiusmodi, quibus prophana sunt, repurgare.*
3. Tertio: *Pictura & sculptura in sacris etiam historiis pingendis vsum esse adiutoriorum.*
4. Quartò: *Abolendas esse omnes imagines ea specie & forma pictas vel sculptas, qua honestis oculis aspici non possint: cuiusmodi multa prostant in Papisticis templis.*
5. Quinto: *In primis esse abolendas quarum aspectus ipse ad idolatriam intuentes prouocat.*
6. Sexto: *non licere priuatis imagines & Idololatrica illa suo arbitrio abolere: sed hoc faciendum esse piorum Magistratum auctoritate.*
7. Septimò: *In primis curandum esse, ut idolatria e cordibus hominum pradicatione verbi euellatur.*

In hoc autem non per omnia conuentum est.

Quod R. D. Collocutores Virtemberg. censem aliquem esse usum plurarum decentium in sacris locis: & eversis iis de quibus dictum est, dandum esse locum aliquem in firmorum imbecillitati tantisper dum pleniū erudiantur: modo interea, ab Idololatrico illarum cultu prohibeantur.

Alterius autem partis Collocutores tantius esse existimant, tum etiam verbo Dei, & veteris purioris Ecclesia mori conuenientius è sacris locis imagines omnes qua vel culta sunt, vel ad cultum trahi possunt, eliminare, & iam nunc Ezechia exemplum, qui serpentem aneum confregit semitari, & longè maius esse periculum ne illas retinendo superstitiones illi infirmi in idolatria perseuerent, quam si emi ipsos paucatim, seruatis adhuc illis imaginibus, à sua superstitione renocandi.

In quarta Collatione DE BAPTISMO utrinque conuentum est.

1. *Baptismum ex Christi ordinatione in Ecclesia Circumcisioni successisse.*
2. *Infantibus Christianorum, Baptismum, iuxta Christi institutionem conferendum esse.*

In his autem non conuenit.

1. Quod R.D D. Collocutores V. virtemberg. censemt ipsi extrema & etioni Baptismi vim aliquam latentem annexam, qua Spiritus sanctus baptizatus gratiam ablutionis a peccatis & regenerationis conferat.

Alterius autem partis collocutores docent minime quidem in anem esse externam ablutionem, utpote qua sit interioris Sacramentum: sed interiora illa esse unius Diuinae virtutis opus: nec alium esse Aquae baptismi usum, quam ut oculis fidei representet, quod Dei Spiritus solus officiat.

2. Quod illi quidem docent omnes infantes baptizatos eo ipso momento quo baptizantur, gracie Christi participes fieri & regenerari: Hi vero docent, probabilitate adoptionem sue comprehensionem in se dare, in quo nati sunt, Spiritus sancti virtute obsignari: relictis Deo priuatis suis indicis, qua postea suo tempore in baptizatis, postquam adolescentur, apparent: prout uidelicet fructus Baptismi ipsis in infantia exhibiti feso proferunt, vel non proferunt. Nec enim esse usum baptismi ad id tempus restringendum quo administratur.

3. Quod illi quidem censemt, omnes Christianorum infantes fide re ipsa per Baptismum donari.

Hi vero docent fide saltem actuali infantes carere, utpote qua sit ex audiunt: & tamen ut in se dare comprehensos, quod Christiani parentes sibi & suis posteris per fidem apprehenderint, Deo gratos esse, & hanc adoptionem cum imputatione beneficiorum Christi, adiunctis Ecclesie precibus, in ipsis obsignari.

4. Quod illi quidem censemt salutem esse Baptismo absolute annexam ex illis verbis, Nisi quis renatus &c. ac proinde in summa necessitate casu licere, ipsis etiam obstetricibus infantes baptizare.

Hi vero docent exitiosam esse non quamvis Baptismi carentiam, sed eam denum qua a contemptu proficiuntur: ideoque infantibus non posse baptismi priuationem imputari: sed iis quorum culpa factum sit ut non baptizatis ex hac vita excesserint. A baptizandi autem munere, ut & a publico docendi ministerio priuatios homines, ac multo etiam magis mulieres expresso Dei verbo arceri.

Praefat.

PRÆFATIO IN TRACTATIONEM.

DE PRAEDESTINATIONE

Quartus iā olim prēcipue sententia Theologorū fuerū & ad-
huc sunt de Prēdestinatione, quē potissima pars est doctrinę
de Prōvidētia Dei. Vna est Pelagianorū tum veterū tum recentiū,
qui in homine causam destinationis querendam dicunt, tum ad
vitam, tum ad mortem. Deum enim hominibus omnibus salutem
offerre, quam homines possint oblatam vel admittere vel respue-
re, naturali hominum voluntate ad vtrānis partem flexibili. Deum
igitur, prout ipse prænouerit qui sint illam accepturi & qui repu-
diatur, propterea illos ad salutē, istos ad mortem destinare. Altera,
eorum est qui censem̄ salutis gratiā perditis in Adamo omnibus,
sine vlli exceptione, offerri, quorū nullū Deus velit perire: quos
quum norit suapte corrupta natura gratiam illam sua incedulita-
te repudiatus, idcirco insigni misericordia certos ex illa perdita
massa excipere quos gratis, & ex mera sua benignitate, non ex præ-
ficiā vlla eorum fide vel bonis operibus, (quum fidem ipse & bo-
nam voluntatem eis largiat) gratis iustificatos in Christo quem
per fidem apprehenderint, glorificet: cæteros autem propter præ-
scitam eorum contumaciam & eius fructus in sua perditione reli-
ctos meritò condemnet. Tertia est semipelagianorum cum illis de
quibus modò dixi consentientium, eo excepto quod liberi in v-
tramuis partem arbitrij, quantumuis infirmi, reliquias in homini-
bus statuentes, oblatæ gratie receptionem partim Dei misericor-
dię, partim ipsi hominum voluntati, à se ipsa præparatę, tribuant:
& opera fidem consequentia volunt esse, sicuti loquuntur, merito-
ria, vnde putidissima illa distinctio, quæ ne Scholasticis quidem
omnibus placuit, inter merita ex congruo & ex condigno. Quarta
denique sententia est eorum, qui causam quidem cur aliqui seruen-
tut nempe electi, aliqui, nempe reiecti, damnentur, id est qua via
Deus saluti destinatos, seruet: itidemq; qua via æternæ morti addi-
ctos perdat, perspicuum esse & manifestam docent: misericordiam
videlicet in Christo, & per Christum in iis qui seruantur: corrup-
tionem verò & omnes eius fructus in iis qui percunt. Istius autem
discriminis, cur videlicet Deus ab æterno ea voluntate quæ causas
omnes ordine antegreditur, non autem ea per quam suum vtrin-
que decretum suō tempore exequetur alios quidē seruare per mi-
sericordiam, alios verò iuste perdere constituerit, nullam aliam
causam esse censem̄ quā illam Dei voluntatem, cuius Altitudo
non sit nobis scrutanda sed adoranda, ne in præcipitium tuamus:
nec inde consequi demonstrant Deum esse vlli malī vel repro-
borum exitij auctorem. Ex istis autem quatuor sententiis, nec pri-
mam, nec tertiam hic oppugno: sed aduersus secundam ago: &
quartā, ut verissimā, propugno. In hac autē disputatione antequā

Tij.

aduersarij singulis in meas theses obseruationibus respondē, libet primo loco certa capita proponere in quibus mihi quidem manifeste videntur hallucinari, qui secundam illam sententiam descendunt.

Primum, quod discrimen illud de hominibus suo tempore, aliis quidem ad salutem, aliis vero ad exitium nascendis, a praesulo humani generis in Adamo lapsu incipiāt. Num enim, quælo, Deus omnipotens, prius, ordine causarum, apud se, quale & quos sum præstans, tissimum illud omnium huius mundi operum opus conditurus esset non præstituit: sed præsulo deum illius operis virtus, quid inde consequi vellet ordinavit? Num etiam, quum ne solum quidem nisi præente creatoris voluntate cadat, capilli omnes capitum nostrum numerati sint, ipse iactarum sortium euentus sit a Deo, sicut sacra literæ testantur, tum aduersus Epicureos prouidentiam negantes, cum aduersus Peripateticos vniuersalem dūtaxat prouidentiam statuentes: voluntatem primorum hominum existimabimus, sic sponte sua & Deo minime illos impellente, (quod utrumque fatemur) feso ad malum inclinasse, vt id Deo vel inuitio, vel otiosè spectante, vel ignorante factum arbitremur? Quantò rectius Seneca, quamuis in Stoica necessitate grauerit, vt suo loco dicemus, hallucinatus, quod semper, inquit, idem vult Deus, constantie laus est: quod quicquid decrevit effcllum reddit, est ipsius Omnipotentia consentaneum: quod coniuncta est cum potentia voluntas, digna est illa rerum omnium moderatrice symmetria. Certè si, non dico hominis lapsus quantumvis spontaneus & voluntarius, sed vel minimum quiddam aeterno Dei decreto, & quamvis interdum nobis occulte, iuste tamen semper & a cunctis adorandæ voluntati subtrahitur, ruit eius qua res omnes & singulas ab aeterno ordinavit Prudentia fundamentum.

Alterū caput in eo situm est, quod non verè dici videtur salutis gratia, quæ certè in uno Christo posita est, omnibus sine cuiusquam exceptione hominibus offerri, ac proinde præuisam contumaciam, causam esse cur Deus aliquos ad iram destinavit. Nam etiamsi fateremur, quod alibi resutauimus, infantes ex piis nascentes, in ipso matrum vtero, per fidem Christum amplecti: quid fieri tot piorum infantibus ante ullum rationis usum morientibus? Immo quid tot adulorum hominum myriadibus, prius ex hac vita excedentibus, quam de Christo minimum quiddam audiendo acceperint, extra ipsum intereuntibus? Quid denique tot populis, gentibus fieri quas & ante Christi adventū Deus, vt loquitur Apostolus Act. 14.16. sicut in ipsorum viis ad exitium incedere (sicut autem, vt recte colligit Augustinus non inuitus sed volens) & iampridē, propter Euangelij præteritis ætatibus contemptum, deseruit & adhuc hodie deserit? Itaque idem Paulus, non ex rebellione aduersus Euangelium, siue præfente siue

te siue futura, genus omne humanum iræ Dei iustæ, adiudicat, sed quod veritatè Dei, id est naturalem notitiam contemperint, nec sua conscientia redargutionibus obtemperarint. Non est igitur universalis, id est singularibus omnibus communis, ne externa quidem & solas aures feriens ad Christum vocatio. Nec inde sequitur solos electos vocari: Multi enim vocati, pauci electi: & ut recte inquit Augustinus, Nemo credit non vocatus, sed non omnis credit vocatus. Sed hoc verum est, propterea quod in extera Ecclesia lolium est & erit permixtū frumento ad fines usque sculorum: idecirco promiscuè & indefinite, non quidem omnibus, sed quibus Deo visum est, etiam ad itam destinatis, non ad salutem, sed ad iudicium, non ut eorum corda diuinitus emolliantur, sed ut per suum ipsorum cor indurcentur, Euangelij vox promulgatur.

Qua de re vide, si libet, Christiane lector, & diligenter considera quid scribat August. contra Iulian. lib. 5. cap. 3.

Tertio, si verum esset quod in illa opinione ponitur, Deum videlicet nolle illum hominem damnari, nec tamen singuli seruantur: certe vel sua voluntate frustratur, vel Dei voluntatis exitus ab hominis voluntate suspenditur: usque adeò ut in hominis non in Dei potestate posita sit propositi diuini efficacia. Item, si Deus non vult damnare quos damnat, certe vis ipsi afferetur, & quidem eiusmodi ut ipsius voluntati dominetur. Quod si volens damnat quos antea seruatos voluit, ergo sententiam mutauerit ad hominis arbitrium: quæ omnia constat à Deo penitus esse remota. Quinam autem Deus hominibus non illudat, etiamsi non omnes vocatos trahat, immò idcirco vocet ut ipsi se se induantes mensuram suam impleant, partim iam antea ostendi, & suo loco rursus ostendā: itidēmq; etsi, ut recte scribit August. Dei voluntas sit rerū necessitas, non illa Stoica sed Christiana, cur tamē nulla propterea reproborū exitij penes Deum culpa resideat, deinceps explicabo.

Quartò, si valet eorum sententia, præterquam quod causæ executionis decreti, id est damnationis quorundam, cum ipsius decreti faciendi causa maximo errore confunditur, duplex quoque absurdum inde statuitur: unum, quod in iis qui damnantur, præuisca damnationis causæ decretum Dei de illis damnandis antegredieatur, quum tamen ipse causarum ordo postulet etiam in Deo, ut prius dicatur statuisse quid esset facturus, quam medias causas quibus id sit facturus ordinasse. Alterum, quod, quum eadem sit contrarium ~~episcopum & sacerdotium~~, contrà ex illa quam oppugno sententia, præuisca quidem fides & eius fructus decreto Dei, de seruandis quorum vult misereri, recte & meritè contra Pelagianos subordinantur: at in opposito contrario, præuisca siue corruptio, siue, ut manovit D. Andreas, incredulitas & contumacia, decretum ipsum Dei de ipsis exitio damnandis antegrediuntur.

Quintò, in hac tota tractatione, confundi mihi quidem videntur dñæ grauissimæ in hoc argumento quæstiones, vna, in qua de ipsa prædestinatione quænam & qualis sit queritur, & ipsius causis & effectis. Altera in qua de ipsius Prædestinationis patefactione, & ad usum nostrum applicatione disceptatur: quæ duo planè diversa sunt. Nam illa quidem incipit ab illo summo, & causas omnes subordinatas ordinante principio, nempe proposito Dei æterni, quod adorare non scrutari decet, hanc methodum nobis præscribente Apostolo, Rom. 8. 29. & 30. & toto cap. 9. à summo ad immum descendente. Quym autem agitur de huius decreti patefactione, & huius doctrinæ ad singulares personas applicatione, tum, ut idem Apostolus eodem 8. capite facit, usque ad vers. 29. & 30. ab effectis id est à bonis operibus quæ Spiritus adoptionis in Sanctis operatur ad fidem, à fide ad verbi auditum Sacramentalibus additis promissionibus sancti, id est ad Christum prædicatum & se se nobis in verbo & Sacramentis offerentem, mens tota est desigenda. in quo uno videlicet nobis æternum illud Dei, de nobis in Christo adoptandis & seruandis, propositum æternum, & ante illam vocationem occultum, certissime manifestatur per Spiritum Sanctum, Spiritui nostro testimonium clarum & sonorum, Euangelij & ministri voce, perhibentem. Et nuspianum quidem est, vel à Christo, vel ab illa seu externa vocatione, seu interna tractione euagandum: sed quoniam, in grauissima illa tentatione de electione particulari, in qua fides multis modis à dissidentia & peccatorum commissorum sensu tam fortiter interdum oppugnatur ut ruinam minetur: idcirco nos Paulus ad supremum usque principium illud, æternum videlicet & immutabile Dei decretum deducit: ut fixa spe anchora in illa veritate & firmitate immutabili illius evanescat, quan nos propter se, non propter nos, suorum misereri ab æterno contigit (quales sunt iij necessarij qui ex imis effectis sursum ad Christum ascenderunt, superatis temptationibus omnibus) dicat cor nostrum cum Apostolo, Si Deus pro nobis, quis contra nos. Et, Quis intentabit crimina aduersus electos Dei. Et, Nulla res creata nos à dilectione Dei separabit, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Est igitur quanvis in electis fluctuans & in grauissimis temptationibus, quarum exempla quæm plurima nobis in psalmis præsertim proponuntur, agitata, & interdum naufragio proxima, nunquam tamen penitus submersa electorum αναποστολα, relapsientia tabula semper illam opportunè rum quoque in medio naufragio sustinente: quod spectat illud, Qui stat, videat ne cadat: non quod excidere possit vera fides quoddad Dei decretum attinet, sed quod diligenda sint media per quæ sit ut nunquam cadat iustus non surrecturus: & illa Pauli exhortatio, Stat quidem solidum Dei fundatum habens hoc sigillum, Nouit Dominus qui sunt sui, sed dis-

cedat ab iniustitia quisquis nomen Christi nominat: & illud Petri nos commonescentis, ut vocationem & electionem nostram fit-
mam, (in nobis videlicet) efficiamus. Decreti verò reprobationis
non est par patefactio, quoniam Deus, suis demum quibus libuit
momentis, peccatores seipissimè quoque ab ipsius regno quam
longissimè diltantes, & ad damnationis præcipitium quam proxi-
mè accedentes, ut raro splendor bonitas ipsius eluceat, non tan-
tum hypocritis, sed etiam nonnullis tandem præfert qui bonum Dei
donū degustarant, ut Iudea proditori accidit. Inde illud Christi, pu-
blicani & meretricies antecedent vos: & Iustificata est sapientia à
filii suis, à publicanis videlicet & peccatoribus, à Phariseis autem
spreta: & celebria sunt illius peccatricis & latronis pédentis exem-
pla, & quod ait Christus de vocatis hora undecima: & plurima e-
iusmodi. De nomine igitur, ne in extremo quidem halitu, desperan-
dum, sed omnes ad resipiscētiā ex Dei verbo sunt invitandi. Sed,
ut sub onere peccatorum fatigentes Deus & ministerio suo vult
subleuari, & huic tendere fidelis ministri officiū est, ita sibi in pecca-
tis suis placentes oportet Legis prædicatione terrori: ac etiam, si sit
opus proposito illo terribili aduersus non resipiscētes æternæ re-
probationis decreto, velut ad inferos retrudi: non ut ibi perituros,
sed ut potius expurgati, sicut inquit Apostol⁹, ex Diaboli laqueo
quo captiui tenentur, euadant. Et hæc quidem præfari libuit, Chri-
stianæ lector, ut quibus de rebus hic agatur, & quatenus hic dis-
sentiamus omnes intelligent: paratus quidem ego doctorum &
verè piorum & veritatis ac pacis Ecclesiæ studiosorum Theolo-
gorum iudicium, in hac præsertim tam graui, & à carnis sensu re-
mota quaestione sequi: si quando dederit Dominus ut in bene &
Christianè congregato conuentu, in cuius medio Filius ille Dei
Seruator noster iudex ex verbo suo sedear, de hac quoque contro-
versia statuatur.

Sed age Theses yrtingue propositas iam audiamus,

THEOLOGORVM VVIRTEMBER- GENSIVM THESES DE PRAE- destinatione.

EXTRA CONTROVERSIAM quæ sequuntur, posita sunt.

Thes. I.

VOD Deus ab æterno, non modò lapsum primo-
rum parentum nostrorum, sed omnium quoque ho-
minum præuidericit.



AD THESES DE PRÆDESTINATIONE
Th. Bezae responsio.

Antithes. 1. Th. Bezae.

ANNOTATIONES da Generaliter affirmamus neque inuitio, ne
D. Iacobi Andreae. que ignorantie, neque otiosè præsciente Deo
1. Quid primi parentes lapsos esse primos parentes, aut quicquam in
nostrí volente Deo pec- tauerat, hoc est, quid mundo eueniſe, euenire, aut vñquam eueniſe
Deus voluerit, vt trans- turum fuisse, à cuius voluntate ne passerculū
gredentur preceptū quidem excipiuntur, Matth. 10. 39.
in Paradiso de fructu arboris scientiæ boni & mali à Deo traditum: hoc nusquā Spiritus S. in vniuersitate Scriptura Sancta docet.

Th. Bezae responsio ad Annot. D. Iac. Andreae.

Præscientiam Dei, ne in Adami quidem lapsu, à voluntate &
decreto aeterno Dei esse separandam.

D. Andreas in hac prima sua thesi eorum opinionem secutus, qui præscientiam quidem faciunt electis & reprobis communem: propositum autem & decretū Dei in solis electis considerant, veritatem alioqui Deus auctor mali censeatur, & excusare sese possint qui peccant: præscitum quidem fuisse lapsum Adami & omnium in Adamo hominum agnoscit, decretum autem & ordinatum nequaquam. Sed quid est ista præscientia & consilij diuini separatione infirmius, ac etiam indignius? Quū enim nihil præsciri futurum verè possit, nisi quod verè futurum est: & vix quicquam magis impium dici de Deo possit, quam futurum aliquid absque eo vel illud futurum decreuerit, vel non futurum affirmetur quod futurum decreuerit: & rursus, nihil de Deo dici possit absurdius quam futurum quod fieri nolit, vel non futurum quod fieri velit: res ipsa clamat ut consilium à voluntate diuina, sic etiam præscientiam à Prædestinatione diuelli nullo modo posse: & quum tā boni quam mali sint in rerum natura, & quum tam mala quam bona hiant: tam in his quam in illis hæc tria necessariò coniungi oportere, Dei videlicet aeternā præscientiam cum iphius immutabili voluntate & decreto. Quinam verò minimè inde efficiatur vel Deum esse peccatorum auctore, vel peccatores culpam in Deum posse relicere, suo loco dicemus. Nunc autem de Adami lapsu differere nos cogit aduersarius. *Nusquam enim, inquit, Spiritus Sanctus in univerſa sacra Scriptura docet quid Deus voluerit ut primi parentes nostri preceptum illud de fructu arboris illius non attingendo transgredierentur.* Respōdeo priūm de Volendi verbo, quamuis ab eo propter homonymiam in hac mea antithesi abstinuerim. Illud igitur interdū de iis duntur: dicitur quē Deus simpliciter probat, vt pote quē natura suapte bona sint & Dei natura consentanea: quo significatu, Bona tan-

tum dicitur velle, Mala verò nolle: id est bonis quæ approbet dele-
stari, malis quæ ipsi displicet offendit. Interdū verò latius accipitur,
nēpe in genere pro Velle, ac proinde decernere & cōstituere ut sint
quæcunq; futura sunt: quo sensu quedā etiam vult, id est futura de-
cernit & ordinat quæ tamen non vult, id est in seipsis non probat,
& quæ propriè non decernit quatenus mala sunt, sed quatenus, ut
scitè loquitur Augustinus, quāvis quæ mala sunt, in quaūm mala sunt
non sint bona, tamen ut non solum bona sed etiam sint & mala bonum est:
ut miro & ineffabili modo nō fiat prater eius voluntate (id est decretum)
Quod etiam contra eius fiat voluntate (id est contra id quod suapte na-
tura bonum probat) quia non fieret si nō fieret, nec utique nō tens sinit,
sed volens: quibus postremis August. verbis, illorū opinio redargui-
tur qui permissionē à Dei proposito & definito cōsilio sciungunt.
Nec enim ignoro quām cautè nondū valde agitata ante Pelagianos
hac quæstione loquendum fuerit Augustino, quid ea de re Prosper,
quid ex Prospero Fulgētius ad Monimum scribat: nec etiam quām
religiosè sit de re tam grāui loquendum, nedum constituendū. Sed
nullos religiosūs loqui arbitror, quām qui Apostoli vestigiis insi-
stentes adorat quod captum nostrū superat: quod illi certè non fa-
ciūt qui vt ab humano sensu dictatas cōsecutiones effugiant, apud
eos ipsos scopolos naufragium faciunt quos vitare studuerunt, si-
cuit suo loco declarabimus. Tantūm hoc peto, vtrū grauius pecca-
tum fuerit, Adami atboris veritae fructu vescētis, an Herodis & Pi-
lati & ceterorum à quibus contra conscientiam accusatus & dam-
natus fuit Dominus. Horū certè, vt opinor. Sed demus leuius fu-
se. Dicūtur tamen illi à S. Sancto per os Apostolorum id fecisse quæ
manus Dei prædefinierat vt fierent. Nunc quod dixi non posse nisi
impiè negari, primos parentes, neq; inuiti, neque ignorantē, neq;
otiosè præciente Deo lapsos, iterū dico: & primum quidē argumē-
tatis ex vera & naturali de Deo notitia, quam Paulus Rom. 1.18. veri-
tatis nomine dignatur: deinde scripturæ testimoniis: ac postremò
ex Augustini, vel potiū Ecclesiæ Orthodoxæ per os Augustinilō-
quentis cōsensu sic demōstro. Certè Deū esse negat, vel pio Deo i-
dolum substituit quisquis vel ignoratiā, vel imbecillitatē illi tri-
buit. Deo verò rerum ab ipso cōditarum siue supremarū, siue me-
diarū, siue infimarū gubernationem adimere, & eam quidem quæ
sit d'utor patrō eius, nihil aliud est, vt ipse aduersus Epicurum testatur
Cicero, quām Deum esse verbo fateri, reipsa negare. Atqui siquid
ignorante Deo existit, aut ulli rei conditā accidit: item siquid ipso
inuiti evenit, talis fuerit hic Deus vt in illum ignorantia, in hunc
imbecillitas cadat. Quod si quis excipiat evenire quædam, quæ in-
uito quidem ipso, id est non probante fiant, non quod non possit,
sed illa nolit impeditre: perinde hoc esse respondē ac si quis dicat
illa volente ipso accidere. Nam quæ certè impeditre si vellet, posset,

euenant oportet, quoniam non obſtendo vult vt euenant, vnde conſequitur hac obiectione non tolli, ſed ſtabiliri quod in hac mea antithesi affirmaui. Tertium autem illud de otiosa Dei prouidentia, tam impium eſt & Epicureum vt refutatione non indigeat. Quod ſiquid vñquam accidit alicuius momenti, in quo ſit nobis Deus Omnipotens, Omnipotens, Omniagubernans conſiderandus, hoc illud eſt de quo agimus: quum hominis ipſius cauſa, quamuis noa vltima & præcipua, tamen propinqua, caque maximi momenti, mundum vniuersum conſiderit. Itaque nec ignaro, nec inuitio, nec velut otioso ſpectatore potuit tanta in homine mutatio, & per hominis lapſum conuersione rerum omnium conditarum accidere.

Ad scripturæ verò testimonia quod attinet, fallitur vehementer D. Andreas ſi nihil putat ex Scripturis probari, niſi quod in iis diſcretè & singulariter ſit perſcriptum. Distinguenda eſt igitur doctrina ab exemplis, quæ ſunt ex illius præscripto, quum de illis, vel probandis & imitandis, vel improbandis & fugiendis agitur diiudicanda. Sic exempli gratia, neque Noachi, neque Lothi cibrietas: neque huius incestus: neque Iſaaci mendacium in Gera: neque Iude malignitas & ſcortatio, neque Patrium polygamia: neque infinita penè eiusmodi expreſſè damnata reperiuntur, ſed ex regula turpis & honesti, tum quæ in cordibus hominum manſit impressa, tum quam Deus in ſua diuinitus patefacta Lege declarauit, damnata diuinitus fuiffe per ſe intelliguntur. Idem autem eſt de ipſius Dei notitia qualem ſeſe nobis in verbo ſuo patefacit statuēdum, vt ex ea de ipſius operibus iudicium feramus. Dico igitur quod Scripturæ locis affiſmatur in Deum non cadere temeritatem: Deum eſſe Omnipotētem: nec omnia tantum feciſſe, ſed etiam regeſe, ac in primis homines: nec vñquam mutari: toties dici Adamum non modò præſciente ſed etiam ſic ordināte Deo fuiffe lapsum. Nam ſi ante hominis opificium non deliberavit quorsum hominem conderet, temerē & imprudenter fecit. Siquid autem aliud decreuit quād quod accidit, aut Omnipotens non fuit, cuius conſilia Satan infregerit: aut inconstans fuit, qui conſilium mutarit. Quod ſi excipias adiectam fuiffe conſilio Dei conditionem, ſi Adam in integritate perſisteret: vt id ego non negem, quærā tamē, an ipſius diuini conſilij fundamentū ab Adamo pepēderit. Quod ſi affirmare auſit D. Andreas, iudicium ergo fuerit, vt ſcītē inquit August. non penes figulum, ſed penes lutum. Et quis erit iſte Deus, qui conſiliorum ſuorum baſin à rei conditā potestate ſuspendat? Quod ſi haec non ſufficiunt: clamans Scriptura ne paſſerculos quidem ad terram cadere ſine Patris cœleſtis voluntate, &, Capillos omnes capitis nostri numeratos, annon ſatis aperte teſtatur ſine Patris voluntate priuum illum parentem nostrum non cecidiſſe, niſi fortalſe pluris ſunt apud illū paſſerculi, vel capilli nostri, quād totum

totum humanum genus. Et si Iobum, immo ne porcos quidem aggredi Satan potuit, nisi hoc illi concedere Domino: Deo vel ignarante, vel in uito, vel nihil curante: totum humanum genus in uno homine subuerterit? Et quod ait Paulus Ephes. i. ii. Deum omnia facere Voluntatis suæ consilio, cur non hic in primis pertineat? Certè necesse est Deum eundem semper fuisse fateamur. Sed requirit D. Andreas aliquid expressius. Quum igitur idem Apostolus Deum testatur instar figuli ex eadem massa, quædam vasa honori, quædam dedecori fecisse, quomodo dictum istud explicari verè & commodè poterit, quin ad ipsum usque Adami opificium ascendantur? Nec enim massæ nomen humano generi condito, sed condendo conuenit, nedum ut massæ appellatione corruptum humanum genus intelligatur. Nam si ita esset, minimè dixisset Apostolus Deum ex illa massa facere vasa iræ, sed quæ iā essent iræ vasa, in illa misera massa relinquere: nec Apostolo laborandum fuisset in asserenda Dei iustitia in reproborum exitio. Deus igitur illic cōfertur cū figulo, cui si conceditur vasa, tū ad honestos tū ad turpes usus, arbitrio suo concedere, neq; luto propterea fieri putatur iniuria: annō multò magis Deo, sic lutum illud, ex quo humanum genus in uno homine cōderet, disponere licuit, ut inde alios educeret in quibus iustā iram suam exerceret, alios quos per insignē suam bonitatē bearet? Quomodo verò illa condidit? Certè in Adamo, ad cuius etiam creationem proculdubio respexit Apostolus, quum figuli & luti meminit. Quomodo verò in Adamo? Certè nonnisi interueniente voluntario Adami lapsu. Nisi enim sua sponte, & quamuis non absque ordinatione Dei, tamen absque illa Dei culpa lapsus esset Adam, nec misericordia nec seueritati locus illius esset relatus, ac proinde consilium Dei irritum fuisset. Denique quum dicit Paulus Gal. 3.22. Deum conclusisse omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibüs, aū non manifestè ad ipsum usque contumacia fontem, id est ad lapsum usque Adami ascēdit, ut discriminē vasorum inde inchoetur? Quinam autem tota huīus lapsus culpa nihilominus in hominis sponte peccatis voluntate tota resideat, quam non excusat, neque Dei voluntas id quoque volentis quod sinit, non id solum quod ipse facit: neque illius implendæ voluntatis necessitas, infrā declarabo.

Nunc audiamus loquentem August. lib. de Correct. & gratia Saluberrimè confitemur (inquit) quod reūtissimè credimus, Deum Domini nūmque rerum omnium qui creauit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura præsciuit: (præscientiam autē Augustinus nunquam à proposito Dei sciungit) & sciuīt magis ad suā Omnipotentiām bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, quām mala esse non sinere, sic ordinasse Angelorum & hominum vitam ut in ea prius ostenderet quid posset liberum arbitrium, deinde quid posset gratia sua beneficium iusti-

tieque iudicium. Idem Enchirid. ad Laurent. cap. 100. Hac sunt magna opera Domini exquista in omnes voluntates eius, ut quum Angelica & Humana creatura peccasset, id est non quod ille sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creatura voluntatem, qua factum est quod creator noluit impleret ipse quod voluit, bene utens & malis tanquam summe bonis ad eorum damnationem quos iuste predestinavit ad paenam, & ad eorum salutem quos benignè predestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos pertinet, quod Deus noluit fecerunt, quantum vero ad Omnipotentiam Dei nullo modo id efficere voluerunt: hoc quippe ipso quod contra voluntatem Dei fecerunt de ipsis facta est Dei voluntas: Propter etiamque omnia opera Domini exquista in omnes voluntates eius, ut miro & ineffabili modo non fiat preter eius voluntatem quod etiam contra eius sit voluntatem, quia non fieret si non sineret, nec utique sinit nolens. Quo sensu verò dicatur homines illi primi peccando fecisse non quod Deus voluit, se quod ipsis voluerunt, paulò antè explicati.

II. Thes. D. Vvиртemb.

Quod saluandos non modo prescierit, sed & ab eterno elegerit, & ad vitam aeternam praedestinaverit.

Antith. I I. Th. Beze.

I. Eligendi vox visitata Assentimur, modò eligendi vox pro Prae-
Scriptura sacra signifi- destinatione, sive electionis, suo tempore se-
catione à nobis in Thesi nostra ponitur, qua non cuturæ, decreto sumatur: & quum is qui eligit
absolutū Dei decretum non omnia accipiat, necessariò consequi dici-
intelligitur, sed in Chri- mus, reliquos eodem decreto præteriri.
stō limitatū & descrip-
tum. Ephes. 1. Elegit nos in Christo Iesu priusquam fundamenta mundi iaceren-
tur. Item, Dilexit nos in dilecto, sicut Thesis 3. nostra docet.

III. Thes. Vvиртemb.

Quod electio facta sit in Christo priusquam mundi fundamenta posita fuerint, hoc est ut per Christum seruarentur.

Antithesis IIII. Th. Beze.

Assentimur.

Responso Th. Beze ad obseruat. D. Andrea.

Nihil minus aptè ad nostram antithesin responderi potuit. Pri-
mum

mùm enim electionis vocem obseruare voluimus duplì modo considerari, vno, quum pro ipso eligédi decreto aeterno accipitur, omnes illus exequendi decreti medias causas quod ad ordinem rerum attinet antegrediente: quo significatu tam Filius Dei quam Pater & Spiritus Sanctus nasciturorum suo tempore certorum hominum ex perdita massa deligendorum misereri constituit. Altero, quum ipsius decreti executionis ratio habetur: quo demum sensu Christus, vt Mediator, illi exequendo decreto subordinatur. Moribus enim ordine remedio præit: quamobrem etiam ipse Christus ab Augustino lib. de Prædestinatione Sanctorum cap. 15. (quatenus homo est, à Verbo patri coæterno, in unitatem personæ ascitus) dicitur predestinatus ipse unus ut caput nostrum esset, & nos eius membra. Neque id ille scribit temerè, quum 1. Pet. 20. dicatur προτυπούμενος ante iacta mundi fundamenta: & Act. 2.22. dicatur Christus definito Dei consilio & præscientia εἰδότος: qua etiam ratione, dicimur in ipso electi ante iacta mundi fundamenta: & scribit Paulus, Gratiam nobis in Christo datam (destinatione videlicet exequenda nostra in Christo electionis) ante tempora seculorum. Hoc autem discriminem non obseruari, maximorum est errorum causa in hoc arguimento: & inde quoque manifestissime refellitur contraria doctrina, quod si statuatur Deus de homine non nisi lapsu ipsius præuiso cogitasse, consequetur illum vel prius ordine condidisse hominem, quam quorsum illum conderet decerneret: vel in suo consilio suis deceptum: vt alia præterea de quibus suo loco dicam, et quæ de Deo ne cogitari quidem absque impietate possunt. Illum igitur in hoc quoque reprehensum volui, quod in illa sua thesi, nullum Dei propositum in iis agnoscat quorum Deus misereri non constituit: quem errorem hoc iniuncto arguento coargui, quod eum is qui eligit dici non possit omnia accipere: nec qui OMNES accipit, aliquos feligere: res ipsa clamet aeternum electionis sequentia decretum non posse dari, quin oppositum de futura reprobatione decretum cōdem pro rursus ordine statuatur. Quid autem ad hæc D. Andreas? Ne γένους quidem.

III. Thes. D.D. Vvirtemb.

Quod se ruandorum apud Deum certus sit numerus.

Antithes. IIII. Th. Beza.

Assentimur, & cādem ratione certum esse 1. Non autem absolute numerum apud Deum eorum qui iustæ fidem nationi sunt destinati affirmamus.

tiam Dei aspernatur in Christo oblatam, quem Deus pater ab omnibus vult audi. Matth. 17.

*Aliam esse damnationis quam decreti de suo tempore reprobantis
& damnandis causam:nec damnari propter contemptum
Euangelij omnes qui damnantur.*

Hoce in verò est respondere, an potius extra oleas vagari? Dixi, & dico, si certus est apud Deum seruandorum numerus, quod D. Andreas concedit, necessariò consequi certum etiam esse damnandorum numerum: quod si concedit, cur igitur illud in sua Thesi non expressit? Sin verò negat, quod sane nulla rationis specie negari potest, cur id apertè non negat? Deinde quum hæc & horum & illorum numeri certitudo, ab eo de quo agimus decreto, non autem ab horum vel illorum salute nec damnatione decretum ipsum pendeat, quorsum iste de damnationis causa disserit? Nam damnationis quidem causa manifesta est, & extra controversiam posita, peccatum videlicet, cuius stipendum est mors. At illius de quo agimus decreti causa, de quibusdam, & his potius quam illis, misericordia non dignandis, in sola Dei voluntate sita est: qua de re agens August. lib. 1. de Genes. contra Manich. cap. 3. *Vbi queritur, inquit, cur ita fecerit Deus, respondendum est, quia voluit. Quod si rogando pergas, cur ita voluerit, maius aliquid queris & sublimius Dei voluntate: quod inueniri non potest. Compescat igitur se humana temeritas, & quod non est, ne querat, ne quod est non inueniat.* Et lib. aduersus. Simplic. 1. quæstion. 2. *Si daremus, inquit, odium (nempe in ipsa decreti executione consideratum) ex præuisis malis operibus pendere, annon ex contrario concederemus amorem eius ex præuisis bonis operibus nasci?* Quum autem iustam damnationem dixi, annon satis significauit inter inscrutabile illud diuinum & æternum decretum omnes eius executionis medias causas ordine antegrediens de certis damnandis, & eorum damnationem, iustas causas ipsius damnationis interuenire, illi Dei decreto subordinatas? Hac autem in re operæ premium est rursus videre quantopere vir iste hallucinetur. Causam enim damnationis esse vult *Impietatem, que gratiam Dei sibi in Christo oblatam affernetur, quem Deus pater ab omnibus vult audiri.* Et fateor quidem ego grauissimum omnium esse peccatorum contemptū Euāgelij: adeò ut propterea clamitet Christus, tolerabilior fore Sodomæ & Gomorrhæ conditionem quam Chorazim & Bethsaïdæ: Sed cur in hoc uno iste subsistit? Nempe ut errorem errore cumulet. Magna enim apud illum est heresis, negare vel unum hominem existere quem Dominus non velit saluum fieri, & ad agnitionem veritatis, id est Christi, venire. *Vult enim, inquit, illum ab omnibus audiri, prolatō loco ex Matt. 17. ver. 5. ubi tamen tale nihil narratur.* At cōtrà si res ita se haberet, aliquod ex his tribus statuenduna

tuendū esset: nempe credendi potestatem omnibus à natura insitā
 esse, quod merē Pelagianum est: vel quibusuis gratiā c̄redēdi tribui,
 quod si verum esset, falsum esset illud, Non sic fecit omni nationi,
 &, Vobis datum est nosse mysteria regni c̄elorum: vel denique ab
 ipso hominum arbitrio ipsius diuini decreti efficaciam suspendi.
 Longè igitur aliter Paulus, hominum communem condemnatio-
 nem inde petens, quod homines omnes (nisi per gratiam regene-
 tentur) naturalis notitia Dei scintillas in sele scientes prudentes
 extinguant, nec monitricem conscientiam, quæ illis est legis vi-
 ce, exaudiant: qua in re peccantes homines, & meritò propter
 ea in exitium ruentes, si quis cum Euangelij contemptoribus con-
 ferat, quis recensere possit quantò plures isti quām illi numeren-
 tur? Et quid tot infantum myriadibus, partim in matrum infide-
 lium vtero, partim ante adultam æratem extra Ecclesiam & Chri-
 stum morientibus fieri? Num ab ipsis quoque Deum voluisse au-
 diri & cognosci Christum affirmabit suo more confidentissimus
 noster aduersarius? Denique viderit ipse vnde sit illud absolu-
 tum Dei decretum mutuatus: quasi volentem credere quem-
 piam Deus impedit: ac non potius non credant increduli, si-
 cut in sua incredulitate placet Deo ipsos deserere: nemini iniu-
 riā facturus etiā nisi nulli daret credere & bonum velle & facere.
 Nostra igitur hæc vox non est, qui Dei voluntatem illam quæ sibi
 ipsi Lex est, non tātūm occultam, sed etiam imperscrutabilem cum
 Apostolo profitemur & adoramus, nunquam tamen à iustitia &
 quidem perfectissima solutam affirmamus: qua qñorum vulc-
 miseretur, vt benignissimus pater, & quos vult indurat, & quidem
 ea voluntate cui resisti non possit: qua in re Augustino sic lentien-
 ti & loquēti ex Dei verbo assentimur: qui Serm. de Apostoli verbis
 II. Disputare vis (inquit) mecum? Immō mirare mecum & exclama, O
 altitudo! Ambo in pauore simus concordes, ne in errore pereamus. Et Ibi
 deim 20. cap. Petrus negat, latro credit. O altitudo! Queris tu rationē? E-
 go expauscam altitudinem. Tu ratiocinare, ego mirabor. Tu disputa, ego
 credam: Altitudinem video, ad profundum non peruenio. Et lib. de præ-
 dest. sanctorum cap. 8. Qum dielum esset, quid adhuc conqueritur?
 nunquid respōsum est à Paulo, O homo falsum est quod dixisti; Minime:
 sed responsū est, O homo tu quis es? Et Thomę, Augustino assentien-
 ti I. part. qu. 23. art. 5. ad 3. Voluit Deus in hominibus quātūm ad aliquos
 quos prædestinavit suam representare bonitatem per modum misericor-
 diae parcendo: & quantum ad aliquos quos reprobat, per modum iustitiae
 puniendo. Et hæc ratio (finalis videlicet, nempe misericordiæ & iusti-
 tiae manifestatio) quare Deus quosdæ elegit, quosdam reprobavit, quam
 assignar. Apostol. ad Rom. 9. dicens, Volens Deus &c. Quare vero hos e-
 legit in gloriam & alios reprobavit (id est ipsius decreti Dei æterni,
 quo placuit ipsi vnos seruare, alios damnare) non habet Apostolus.

rationem nisi voluntatem diuinam, sicut ex simplici voluntate artificis dependet quod ille lapis est in ista parte parietis, & ille in alia, quamvis ratio artis habeat quod aliquis sit in hac & aliqui sint in illa.

V. Thes.D.D. Vvitemb.

Queratur autem, an Deus electos suos ita ad vitam aeternam praedestinaverit, ut quosdam, adeoque maximam partem hominum, priusquam nascerentur, aeterno exitio, absoluto & aeterno decreto facto, ad eternam condemnationem destinari, ut nolit eos penitentiam agere, conuerti, & saluari?

VI. Thes. Vvitemb.

Credimus nos & confitemur, quod ex Scriptura occultum Dei decreta demonstrari non possit, quo absque omni indignitatis respectu, mero voluntatis sua placito quenquam, multo minus maximam partem humani generis ad eternam damnationem destinaverit, ut nolit eos penitentiam agere, conuerti & saluari.

Antithes. V. & VI. Th. Beze

Quod hic negatur, tam vasa¹ iræ, quam va- sa misericordiæ destinata esse ab æterno, affir- manus: non modò, quoniam² eadem est con- trariorum ratio, & vt diximus, ipsa vox³ cle- judicis ad aeternam dam- nationis hoc euincit: verùm etiam quoniam id nationem destinata sù, expressio Dei verbo, cum non paucis aliis lo- quorū damnationē nun- quam voluit. Ideoq; cō- èis, tūm ex professo ab Apostolo declaratur, tra Dei voluntatem pro- ⁴Roman. 9.ii. Hoc autem Dei decretum, tan- pria voluntate pereunt. tūm abest, vt quisquam possit⁵ iniustiæ ar- 2. Non eadem hic est guere, vt ne iniustus quidem futurus fuerit ratio. Nam interitus im- Deus, si nullum ad salutem prædestinasset, piorū vnicā & sola cau- cùm & omnes filij iræ nascamur, & ipse ne- mala voluntas. Salutis mini sit debitor. Deinde dicimus, condemn- autem aeternæ piorum,

est Dei in Christo reue- lata voluntas, sicut vox ē eccl sonat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: H Y N C A V D I T E, Marth. 17. cui se fideles & electi subiciunt. 3. Vox electionis id minimè euincit, quia nusquam absolutum Dei decretum in Scriptura docetur, quo homines certos ad damnationem creauerit. 4. Ad Ro- manos 9. docet quidem Paulus, gratia & misericordia Dei saluari credentes, non autem ABSOLUTA MISERICORDIA, sed in Christo declarata & exhibita. Ni hil autem de absoluta Dei iustitia, qua maximam partem humani generis ad aeternam damnationem creauerit & ordinauerit, quos NOLIT saluari. 5. Non quidem iniustiæ Deus argui posset, si hoc modò ageret: verùm Scriptura sacra delicit, quod Deus NOLIT CIVISQ; AM HOMINIS MORTEM nationem

natione eorum, qui in sua corruptione ex 2-^o Non extero Dei da-
terno illo Dei decreto relinquuntur, nō recte, sed propter im-
pietatem & contemptū
huic decreto attribui. Etsi enim non euenire pietati & contemptū
potest, quod decreuit Deus, ac proinde nō abs verbi & oblatæ gratiæ
que hoc Dei⁷ decreto pereunt, qui pereunt: in sua corruptione qui
tamen huic decretri executionis, id est, dam-^{in Christo} relinquuntur
nationis corum qui pereunt⁸ causa non est
illud Dei decretum, sed nativa illorum cor-^{dammantur, Matth. 23.}
ruptionis, in qua nati sunt, & eius corruptionis Quoties volui congre-
fructus, à quibus Deo placer solos suos saluti gare filios tuos, ET NO-
predestinatos eximere.⁹ Maximum autem LVISTI,
hunc semper fuisse & esse istorum pereūtium
numerum res ipsa evincit: Et Dominus ipse
ostendit, inquiens,¹⁰ multos esse vocatos, piorum, loqui.
paucos electos: & paucos per angustam por-
tam ingredi. Denique sic intelligendum est,
Deum nolle ipsos conuerti & saluari, non
quasi ipsi velint, & Deus eorum desiderio re-
sistat: sed quia ipsi quoque conuerti nolunt
nec velle etiam possunt, in sua impoeniten-
tia iuste relieti.

7. Nusquam hoc decre-^{tum in Scriptura extat.}
Et hoc est os ponere in
calum, sic de Deo non
reuelato, ad euertendam
omnem consolationem
piorum, loqui.
8. Cùm supra dixerint:
Voléte Deo primos ho-
mines peccasse: & infra
ex ipsis ore dicatur,
oportuisse hominē la-
bi: quomodo occultum
hoc Dei decretum non
esset causa executionis
damnationis eorum? Si
enim (ex illorum sen-

tentiā) Deus non voluisset eos peccare, etiam ab hoc iudicio & eius decreto li-
beri essent. Quicquid enim est causa causæ, id est etiam est causa causati. 9. Ma-
ximus numerus quidem est damnatorum, sed non ex absoluto Dei decreto. Deus
enim neminem vult perire, sed omnes salvare. Contemptus autem oblatæ gratiæ
in Christo, & verbi eius, causa interitus est, quæ Deus non vult. 10. Quia Deus
non simulat, sed serio vocat peccatores ad penitentiam: ideo occulto decreto
nemine damnatur, sed eos duntaxat, qui electioni se opponunt, quæ in Christo reue-
lata est: Venite ad me OMNES. 11. Horreda hæc vox est, nusquam in sacra scri-
ptura reperitur, quod DEUS ABSOLUTA VOLUNTATE, NOLIT, ut homines co-
quuntur & saluentur. 12. Horrenda & abominanda hæc vox est, quod ideo ne-
que velint, neque possint conuerti, quia occulto Dei decreto relieti sint in sua im-
penitentia, que in iuventutem doctrinam Euangelij, & ysimi Sacramentorum euer-
tu, & perturbatis conscientiis omnem consolationem adimit.

Responso Th. Beza ad annot. D. Andreae.

Falsa Dei voluntatis absolute calumniare refellitur.

Ad 1. Absoluta voluntate vocat iste cui causam non praebat præmissa
aduersus oblatam Euangelij gratiam rebellio: Quia in re tripliciter
crassissime hallucinatur. Primum enim fallitur in eo quod unam &
eandem esse vult decreti de damnandis non nullis, cui subordinan-
tur iusta decreti illius exequendi causæ, & ipsius damnationis cau-
sam: quum tamen necessariò substernenda sit ipsi Dei decreto cau-

sa per & propter quam illud suum decretum exequitur. Aliud enim est quod decernentem mouet ad hoc vel illud aggrediendum, quam id per quod deliberationem suam exequitur. Deinde quam falsò & imperitè repudiatio Euangelicæ gratiæ pro omnium damnandorum exitij causa statuatur, paulò autem diximus, & res ipsa tam altè clamat ut surdissimos etiā illud exaudire necesse sit: nempe si numerari possent damnandi, myriadas inuentum iri, eorum qui nunquam de Christo quicquam audierint præ vno qui oblata Euangelij gratiam respuerit: quod ne cui miruin videri possit, exemplo D. Andree pag. 540. demirantis & sibi nonum & ante a nunquam auditum testantis, damnari, vel damnandos aliquos quo Deus nunquam dilexerit (ea videlicet dilectione qua Deus vult omnes seruati & ad agnitionem veritatis venire). ecce nobis Moses infinitis locis testantem, gratiam peculiarem Abraham factam. Num quod crediturum præuidiceret? Immodic si Iosue credimus, Ios. 24. 2. idololatræ, & in quo nihil præuidere potuit recti, nisi quod ipse in illo crearet ex gratia. Ecce Dauidem clamantem, Non sic fecit omni nationi: Num quod credituram prospiceret? Immodic cuius incredulitatem, & maxima ex parte obstinationem, atque adeò refectionem prædixerunt Prophetæ, & nos iampridem præsentem intuemur: manente tamen propter Patres electione, quæ non est volentis nec currētis: sed Dei quorum vult misericordias. Ecce Deum ipsum testantem per alium Prophetam, Esauum odio habui. Num propter præuisam eius peruersitatem? Immò, inquit Apostolus, de tempore certè simpliciter non loquens, sed de caesarum ordine, Antequam mali aliquid fecisset; immò quum adhuc in utero matris lateret. Ecce denique eundem Paulum qui de innumeris populis, ne dum singularibus hominibus, & tam multis repetitis sculis ages, Præteritis, inquit, æstatibus Deus omnes gentes suis ipsorum viis incedere. &c. Quinam verò nihilominus causa exitij in solidis percuntibus hæreat, suo loco dicemus. Denique, quæ hæc est pietas & diuinæ Maiestatis reverentia, illum existimare non prius quam hominem conderet quorsum & in quem finem illum conderet constituisse, sed quid ipse homo facturus esset prospiciëtem, inde demum consilij causam cepisse, & quid inde securum esset apud se decreuisse? Immò etiam, si istorum dogmati assentimur, quos prius seruatos voluerit, postea vel mutata sententia inuitum, aut certè volentem simul & nolentem damnare? Ut autem hunc locum paucis concludam: et si decretum illud Dei neque de servandis per gratiam in Christo, à fidei & bonorum operum præuisione: neque de peccatoribus iusto suo iudicio damnandis, à corruptione & putribus eius fructibus dependere docemus, sed à sola ipsius voluntate: hanc tamen voluntatem, siue hoc ipsius decretum nunquam à iustitia & verè recta ratione suspendimus, & semper ordinam.

ordinatissimam, quamvis ipsis etiam Angelis inscrutabilem, esse credimus, & propterea miramur & adoramus: nec aliam absolvit voluntatem in Deo agnoscimus. Itaque quum eò deinentum est, Augustinū secundū Pauli vestigia nos deducentem, & Serm. de verbis Apostoli 11. libenter his verbis nobis præeuntem audiamus. *Disputare vis meū, immo mirare mecum, & exclama, O altitudine ambo sumus in pauro concordes, ne in errore pereamus.* Et epist. 105. *Quis, inquit, reprobos (id est iustæ damnationi destinatos) creauit nisi Deus? & cur, nisi quia voluit? (non igitur ut isti volunt ullius vitij prævisione, vt pote quæ non decretum sed eius executionem antegrediatur) cur voluerit: O homo tu quis es qui respondeas Deo?*

Expositio verbi καταπτίχειν apud Paulum Rom. 9.22.

Cæterū ut propriū etiam cum aduersario congregiamur, agnosco argutiam ex Chrysostomo temerè arreptam ex eo quod Paulus de vasis iræ loquēs illa dicit passiuā voce καταπτίχειν, id est coaginētata, non à Deo, inquit D. Andreas, sed à Diabolo & propria voluntate facta & preparata, & propterea iusto Dei iudicio ad eternam damnationem destinata. Et sane fateor ego non aliunde oriri peccatum, quæ sunt vera damnationis causa, quam ab ipsorum hominum vitio, & Satana concupiscentias hominum incēdente. Sed quorsum hoc ad id de quo hic à nobis agitur? Nec enim à nobis controuerbitur de mediis causis æterni illi Dei, vel de eligendis vel de reprobandis decreto exequendo subordinatis, vel de illarum exitu, quum de ipsis abunde, partim ex Dei verbo in electis, partim etiam ex ipsa cōsciētia in reprobis liqueat: sed de ipso decreto causas illas omnes & earū effecta ordine antegrediēt quārimus, cuius causam in ipso Dei sinu & arcano sitam else dicimus, ad quam quum personasset Apostolus &, ut idem August. inquit lib. de Prædest. Sanct. cap. 8. quum dictum esset, *Quid adhuc conqueritur? num responsum est à Paulo, O homo falsum est quod dixisti. Minime: sed responsum est, O homo tu quis es.* Et Serm. 20. de verb. Apostoli. Requieuit Paulus quia admittitionem inuenit, (vbi autem admiratio est, si quemadmodum isti sentiunt, præuisa incredulitas est, ut damnationis pereūtium, ita cōtiam decreti de illis damnandis causa?) *Vocat autem ille inscrutabilia Dei iudicia, & inscrutari venisti? Ille dicit inuestigabiles esse eius vias: & tu vestigias? Sed age videamus etiam quam futilis & vana sit illa argutia. Vtitur Paulus verbo passiuo καταπτίχειν. Nec ego, ut antea inficior omne malū non aliunde quam ab ipso Satana & hominem: non à Deo oriri, quamvis quod ad Deum bene quoque ordinante que in se ē mala sunt attrinet, bonū sit ut sint etiā mala: & iudeo etiam utatur Deus peccantibus instrumentis. Sed si propterea excludendus est Deus ab isto καταπτίχειν, cur non etiam à nostre*

salutis causis? Dicimus enim etiam passiuis vocibus ἡχαιοφοι, ἡ-
νενδέρτες, ελλενδέρτες, θηραδέρτες. Vanum est igitur illius consecu-
tionis fundamentum. Nec etiam ignoro ipsum Augustinum saepe
per huius massam intelligere humanū genitū; non solum ut iam con-
ditum, sed etiam ut originis peccato viciatum, unde nascantur ipso
volente quorum miscreatur, & quos iustè induret. Sed si valet i-
stud, tam etsi nota causa destinationis ad iram, quam destina-
tionis ad misericordiam, quod etiam poscit eadem contrario-
rum ratio: Cur autem Apostolus si ita etsi, exclamaret. O al-
titudo? Deinde verbum ipsum ναραπτίζειν ad similitudinem fi-
gali accommodatum, vasa sicut ad decus, sic etiam ad dedecus,
ut sibi propositum vtrunque finem, compingentis: quis non vi-
det, non ad causas medianas executioni decreti subordinatas,
& in ipsis damnandis non in Deo hærentes, sed ad ipsius Dei op-
ificis decretum causas illas omnes ordine antegrediens, allusione
ad humani generis in Adamo creationem manifesta, referri: Quid
quid non dicit Apostolus hæc vasa esse compacta τε ἀπαρτιαν, sed
εἰσόπων, & εἰνώλειν coagmentata, id est creata & cōdita: quæ certè
est non media vlla causa, per quam auctor est sui exitij, ipse homo:
sed ultimus ille finis creanti propositus. Quid amplius danno non ipse
Apostolus versiculo præcedente opificem humani generis cum fi-
galo conferens, vtritur actiuo verbo τρούσαι, tam de vasis ad dedecus
quam de vasis ad decus comparatis? Sit devique nobis optimus
huius loci interpres Solomon vrens ipso Creandi verbo, & dici
malū, quo nihil aliud quam illa εὐθάλεια declaratur, quum inquit
Deum creasse omnia propter se, etiam impium ad diem malum
Prōverb. 16.4. Qua de re loquens idem August. epist. 109. Quamuis,
inquit, peccata non fecerit Deus, naturas tamen ipsas quæ per se ipsa si-
ne dubio bona sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vir-
tua peccatorum, & in multis talia quibus esset pena eterna reddenda,
quis nisi Deus C R E A V I T? Quare nisi quia voluit? Quare autem
voluerit, O homo tu quis es qui respondeas Deo? Et contra Julian. lib. 5.
cap. 3. Deut. ire sua materiam in omnibus inuenit, nisi quos gratias elegit
exteri mortales qui ex isto numero non sunt, & ex eadem quidem massa
ex qua & isti, sed vasa ira F A C T I S V N T, in utilitatem nascun-
tur istorum. Nō enim eorum quæquam Deus temere ac fortuò C R E A T,
aut quid de illis boni operetur ignorat, quum & ipsum bonum operetur,
quod in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem seculi exornata.

Quo sensu Deus reproborum damnationem velle sit dicendus.

Sed & istud cuiusmodi est, Deum nunquam voluisse damnatorum
damnationem? Saltē enim diceret ante quidem noluisse quum eos
diligeret & vocaret ad salutem, tunc de nimis autem mutata senten-
tia, vo-

tia, voluisse ipsos propter ipsorum peccata damnari, quum eos damnaret. Nisi fortasse istis etiā placet Deum incredulos damnantem non sedere ut iudicem & peccatorum vindicem, sed damnandos peccatores etiō sine perire, ut æternas poenas luat. Et quām illud quoque absurdum est, existimare mutabilem in se Deum esse, qui certos homines modò diligat, modò habeat exosq; modò seruos, modò perditos velit. Et qualis ille Deus fuerit, cūlus & decretum & iudicium in se certum, ex hominum arbitrio pendaat? Qualis est iste filius, si iudicium est penes lucum?

Quatenus autem ferendum sit quod ait, contra Dei voluntatem perire qui propria voluntate percunt, antea docimus, distincta vocabuli voluntatis homonymia: quo sensu quoque rectè dicit Aug. quod iste præterite nō debuit, *Nec quidē sere prater Dei voluntati, quod fit contraria voluntati, id est admirabili & ineffabili ratione illa quoque non absque Dei int̄fueniēti volitate fieri & evenire, quę et si ipse non facit: tamen hinc sinit nolēs, sed volens.* Qua de re scribens idem in Enchirid. ad Laurent. *Non sit (inquit) aliquid, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat (non sicut autem si non sineret, nec utique nolens sinit sed VOLENS) vel ipse faciendo.* Quidam est igitur, inquietus, quod nolendo velit, & volendo nolit? Nempe quicquid malum est, non quatenus bonum est ut etiam mala sint, quæ iuste Deus vicitur in malis, vel quibus etiam insuis erudiendis bene utatur. Quicquid deniq; sic facit, ut quod facit bonū sit, quod autem malum instrumentum facit, malum sit, ut suo loco declarabo. Quidam autem illud est quod vere volendo vult? Quod ipse suo Spiritu & bonis instrumentis in suis agit ut in Legе sua faciendum præcipit. Quid est denique quod diversè & propriè nolendo non vult? Quod in Legе sua fieri vetat, & mala instrumenta, suo instinctu, male agunt.

Eādem contrariorum ratione necessariō probari decretū re-iudicis probationis à sola Dei voluntate pendere, non aperte manifestū nec aliter quam electionis.

Dixi, quod rursus affirmo, ex illo certissimo & omnium nota insaniētum hominum cōfessione firmissimo axiomate, Eadem esse contrariorum rationem, id est, si quis malit, proportionem, & vt vulgo loquuntur, correspondientiam necessariō concludi, si omnibus hominibus sub peccatu conclusis fides & honorū operū præuisio, non est causa cui Deus aliquorū misericordi cōstituerit: præsum quoque fidei priuationem & eius fructus, causam esse non posse, cur aliquorum misericordi non constituerit. Et quū constet, ipsius etiam adversarij mei confessione, illius quidem causam nullam aitiam subesse quam Dei voluntatem; idem quoque de isto protulit.

Ad 4.3. &
4. obser.

esse statuendum. Hoc autem oppugnans ille, id est Apostolò velut ex professo contradicens, immo, inquit, non eadem hic est ratio. Nam interitus impiorum unica & sola causa est Diaboli & ipsorum mala voluntas: salutis autem aeterna piorum, est Deus in Christo revelata voluntas. Verè certè utrumque. Nolo enim istud voluntatis vocabulum exagitare, quo videri possent omnes ante adultam ætatem extra Christum pereūtes nihilominus excipi. Sed quorsum ita responsio? Et quænam hæc est, vel sophistica malignitas, vel artis disputandi ignorantia? Primum enim, ut paulò antè dixi, & iterum repeteo, hic inter nos non quæritur, neque de causis intermediis per quas Deus, quos ipsi visum est per misericordiam in Christo seruat, neque de ipsorum etiam salute: itidem neque de mediis per quæ ceteri quos Deo visum est in se ipsis relinquere in suum locum abeunt: neque de ipsorum exitio. De his enim apud omnes sanæ mentis homines & in Dei verbo versatos optimè & sine controvèrsia conuenit. Sed de illo aeterno & omnes subordinatas vtrinque causas antegrediēte decreto inter nos disceptatur. Quorsum igitur, in quam, istud aduersarij nostri responsum? Et quid est *per utramque rationem*, siue quin de uno interrogatus fueris, de altero respondere, si hoc non est? Deinde contraria ipsa & earum naturam ac vires, quatenus inter se opponuntur, conferre, quod iste in suo responso facit: & contraria quatenus ab uno & eodem fonte in oppositos postea riuos sese diffundente, & rursum in unum riuum confluente diducuntur expendere: quatenus denique, ut non tam philosophia quam ipse communis sensus dictat, eadem est illorum rationes & iuris, considerare, quod hic ego affirmavi, quantum inter se dissident? Nam ex illa priore coisideratione, uno posito alterum tollitur, & contraria ut. Siquis est electus, ergo non est reprobata. Si electi per misericordiam seruantur, ergo iusti per iudicium pereunt. Si electis aeterna vita, ergo reprobis aeterna mors tribuitur. Ex hac verbo contraria, uno posito, alterum ponitur, ut, Si Deus aliquorum tantum miseretur, ergo aliquorum non miseretur, Siquos Deus electioni & saluti, ergo aliquos reiectioni & morti destinat: Si aeternum est decretum electionis causas omnes salutis antegrediens, ergo & reprobationis. Si præuisa fides non est causa electionis decreti, ergo præuisa priuatio fidei, non est causa decreti reprobationis, sed ut illa decretum electionis, ista quoque decretū reprobationis subsequitur causarum ordine: & ut illa, sic etiam & eodem ordine ista executioni diuini & aeterni decreti, suo tempore, subserviat. Quænam hæc est igitur disputandi ratio, ut negotiis eandem esse rationem contrariorum in eo in quo eadem est ipsius contrarietatis proportio, unde sit ut uno posito alterum ponatur, sumere argumentum ex ipsa contrariorum repugnantia, qua sit ut uno posito alterum tollatur? Sed quorsum hac de re plura?

ra? Apostolus ipse ex eadem illa contrariorum proportione, annon sicut loquens de Iacobo dilecto, vt operum bonorum præscientiam ac omnem præscientiam ostēderet causam illi dilectionis decreto minimè præbuisse, usus est his verbis, *antequam boni aliquid fecissent*: ita etiam de Esato quem Deus odio habuerit, id est odio suo destinauit, itidem ex aduerso usurpauit, *antequam mali aliquid fecissent*, vt malorū operū præuisio[n]ē doceret odij decreto nō p[re]fecuisse? Et mox rursus eadem argumentādi rationē, sicut misericordiam, ita etiam indurationem ab uno & cōdem fonte, id est à Dei voluntate **QVOS VVLT miserantis, & QVOS VVLT** indurantis deduxit: & quidē eiusmodi vt eam irritā facere nemo posse? Et quoties hoc ipsum argumentū August.ad Simplicianū lib. i. quæst. 2. reperit, si dicatur odij ex malis præuisis operibus pendere, colligi amorē ipsius ex bonis præuisis nasci? Hęc autē vel vnicā ratio certē non contentiosis omnibus satisfecerit, etiā hoc concessio[n]em massam ex qua in tam diuersos fines vasa compingātur, intelligi corruptū & viciatum omne genus humanū, quasi Deus non nisi præuiso lapsu de humano genere constituere cœperit: tamen quum h[ab]et viciositas toti humano generi sit cōmunis, neque Deum magis latuerit illa in vnis quam in aliis, qui dici potest id quod pariter in omnibus & singulis Deus animaduertebat, occasionem ei præbuisse, cur vnis irascetur & quidē capitaliter, aliis nō item? Nā si excipiatur, idcirco id factū quod alios excipere misericors voluerit, ita tamen iusta in alios persecutā: cōsequeretur quod vnos exceperit, alios nō item, non alia posse causam subesse quam quod quum omnes essent in digni quoru[m] misereretur, immo quibus irascetur: placuit tamen illi quibusdam parcere, aliis verò non item: neutris iniuriam facturus, si utrosque perdidisset.

Cur igitur Deus eos oderit & perdat, quos in peccato relinquit, causa manifesta esto, à qua pender aeterni ipsius decreti executio. At cur aliquos deligere constituerit quorum misereretur: cæterorū miserereri noluerit, causa quidem finalis ab Apostolo assertur triplex, vna vt sic iuste iudicando non minus quam benignè miseren- do, gloriam suam illustraret: altera, vt sic alios quorum miseretur crudiret, illis ostendens & quid reverteri ipsos in timore & tre- more oporteat, & quanto beneficio sint ipsi obstricti: tertia quod sic quoq[ue] seculi ordinem in illa ~~omnib[us]~~ exornet, vt multis locis explicat August. locum illum illustrans Pauli ex 2. Tim. 2. 20. Causa verò impulsu[n]a nec tamen finalis cur vnos miserari, alios de- ferere voluerit, vt etiā cur hos potius quam illos, nulla alia præter ipsius *vōloniā* asserti debet, nec etiam indagari, vt ex eodem August. antea citatumus: quum nihil sit ea Dei voluntate superius, quia bene est quicquid est: nec etiam melius, quam sit ipsamet omnis boni & recti norma. Certe si ira & destinationis ad iram una

causa est, peccatum videlicet seu pravissimum, seu iam admissum, causa non fuit cur vel illud quisquam obiceret Apostolo, *Quid adhuc coqueritur, voluntati ipsius quis resistit? vel cur respoderet Apostolus.* O homo, tu quis es, qui Deo respondas? & *O altitudine quo ipso arcano scribens Augusti Serm. de Verbis Apostoli 20. Quis tu sis, & quid sit Deus attende. Melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia.* Et lib. 1. ad Simplicianum in extremo, *Cur huic ita, & huic non ita? Homo, tu quis es? Et mox Dicamus Alleluia, & collaudemus Canticum, & non dicamus, Cur hoc, & hoc? Omnia enim in tempore suo creata sunt.*

Ut cuncte tergia eruerit D. Andreas, si posito quod Deus omnes homines ad aeternum exitium nulla ipsorum culpa perdendos, non aliter condidisset quam tot animantia ad lanienam & matationem condidit hominum nutriendorum causa, (hoc enim ego dictum volui, non autem hoc duntaxat, si nullius ex peccatoribus misereretur) non posset tamen Deus iniustitiae argui: multo minus reprehendi potest eò quod aliquos ad decus per misericordiam seruandos, alios ad dedecus justo indicio damnandos, ab aeterno decreuerit: vnde illud Augustini à nobis ante citatum, *Quis reprobos (videlicet futuros) creavit nisi Deus? & cur nisi quia voluit?* *Cur vulnerit, O homo tu qui es qui respondeas Deo?* Certè si praevisa corruptio vel (ut perperam mault in hac tota collatione D. Andreas) contumacia aduersus oblatā Euangelij gratia decreto reprobationis sequento causam antegredientem præbuit: non defuit Augusto postolo facilis & plana, nec ulli reproborum obnoxia responsa. Quis enim ambigat vitiosos & incredulos, damnationi propterea meritò destinari? Num verò D. Andreas penitus aliquid quam Augustinus postulus in Dei schola didicit.

Quo sensu Deus nolit mortem peccatoris.

Quod autem affirmare audet contrarium in sacris literis docet, nempe nolle Deum cuiusquam hominis mortem, tam falsum est, si hoc referas ad Dei indicium, (qui certè non magis inuitus iudicat quam miseretur, quem virumque conueniat ipsius natura, sicut secundo Legis precepto declarat, & communis ipse sensus dicit) quam verum est, si Nolendi verbum ad id referatur quod non simpliciter, sed certo tantum respectu probat: & ut præclare docet Augustus, ad Simplic. lib. 1. quæst. 2, hominem quatenus homo est, ab homine quatenus peccator est discernas. Nec enim Deus hominis, quatenus homo est, sed quatenus peccator est, damnatione delectatur: & præterea ne damnationem quidem ullius ut peccatoris simpliciter vult, sed quatenus ex peccati odio & vindicatione, gloria ipsius illustratur, ex illo Solomonis Deus omnia fecit propter semetipsum, etiam impium ad diem mali Proverb. 16. 4.

N. 13.

Non tantum finem sed etiam causas inter medias reprobationis à Deo volente decerni.

Ad 1.

Quid huic homini facias, qui in tam paucis verbis, toties aberat? Primum enim (ut sèpissimè iam diximus) non omnibus, immò vero paucis, præ aliorum perditorum multidine, conuenit contemptus verbi & oblatæ in Christo gratia, quam infinitè pluribus non offeratur Christus nec Euangeliū, quam sint qui oblatum contemnunt. Ergo etiam si non esset falsa, tamen manca & imitula hæc est reponso. Deinde suo more causam derelictionis cum ipso per illam causam derelinquendi decreto cōfundit, cui tamē de cōrē illa necessariō subordinatur. Tertio, Nisi diuino illo decreto agnoscat D. Andreas non tantum finē ultimū sed etiā causas inter medias decerni, quod proinde ipsi derelictioni p̄goat, ergo temerē & ignorante Deo ipso qui illos derelinquit petituri, derelinquentur quod non aliud est quam Dei prouidētiā singularem negare. Illo autem concessō, quum subordinate cause pri-
mam non tollant, non minus inepta est illa D. Andreae conclusio, quam si posito nostram hanc vitam naturalibus vel varijs casib⁹ amitti, excludere velelm Dei de nostrā huius vita initio & finib⁹ decretū, quod tamē certū est neq; accelerari neq; longius produci vel momentū posse. Absolutū autē illud damnationis decretū quod à nobis singi imaginatur, quasi merito Dei beneplacito, absque ullis damnationis causis in iis ipsis qui damnantur inhaerentibus illos damnari doceamus, vana est calumnia.

*Explicatio loci Matth. 23. 37. & de Vocationis externæ & interne
apparentis repugnancia, conciliatione.*

Quod autem ad illum Matthei locum attinet, dico Christum illuc commodè considerandum ut Ministri quoque officio tum superioribus feculis p̄ eos Prophetarum finētū, tam quo tempore hæc loquebatur p̄ se fungentem: & de externa Verbi prædicatio-ne toti Ecclesiæ, in qua sunt etiā reprobi electis permixti, differente: non autem de interna illa vocatione, quæ tota est diuinæ virtutis, & ab illa cōfusione in solidum promanat, per quam Deus, sicuti decretū eligendos à iustæ derelictioni & reprobationi secuturæ destinatis discernere, ita etiam illos suos tempore ad se trahit. Hoc autem æternū & arcanū cōsilium de auditoribus vel creditu-bris, vel non credituris, Deus nec Prophetis olim, nec Apostolis posse, nisi non nunquam, ex peculiari reuelatione, veluti Mosi de Pharaone & Agyptiis in genere, & Elaiæ de iis ad quos mitteba-tur: & siquæ sunt alia eiusmodi exempla, patefecit. Hinc illa Ionæ indignatio, meritò diuinitùs castigata. Hinc factum ut quum Paul-

Y.j.

lus optima voluntate vellet in Asia & Bithynia verbum Domini annuntiare. Act. 16. 6. & 7. prohibitus sit à Dei Spiritu: Et non semel Romam optimo consilio venire conatus, à Deo inhibetur. Sic student fratres ultimam Pauli in Ierusalem profectionem contra Dei & ipsius Pauli voluntatem, additis etiam propheticis testimoniis, impedire. Vnde vero hoc dissidium? Certè non ex ea repugnantia qua homines mandatis Dei resistentes peccant, sed ex illius arcani divini consilij ignorantia, inste & probabilitate præsumpto quod Deum velle opinabantur: adeò quidem ut ipsorum voluntas, quamvis arcana illi Dei voluntati aliquatenus contraria, (volebant enim quod Deus nollebat) Deo tam minime fuerit ingrata. Quinam istud verò? Quoniam in hac dissensionis specie, si causam duarum illatuum tam inter se dissidentium causam impulsuam spectemus, optimus fuit consensus. Quod enim bona voluntate, habita ipsorum scopi ratione, illi volebant, imò etiā cupiebāt, Deus sapientiore ac meliore volūtate nollebat, qui sibi patrefacta tandem illi acquieuerunt. Bonū enim, quatenus bonum est, ab aliquo bono differre potest, botio repugnare non item. Hinc illa inter Deum & ministros ipsius sancta dissensio, quum eos etiam quos nesciunt ad Dei gregem non pertinere: id est nullo discrimine, omnes, Zelo Dei incensi, seruatos cōpiant: adeò quidem ut pro iis quoque preces ardentissimas concipient quos tamē r̄ideri possint cognoscere ad electorū gregē non pertinere: irritis ideo ipsorum precibus. Sic precatur Samuel penè obstinatè pro Saule: & Ieremias pro populi exitio destinati conferuatione, donec diuinitus aliter decretum semel fuisse intelligent. Hinc tot increpationes & lamentationes, quibus perimoueri posse nonnullos frustra se sperasse tandem sunt multi sanctorum experti. At enim excipiet quispiam: non Propheta, non Apostolus, non ex ceterorum hominum numero quispiam hic loquitur, sed filius ille Dei æternus, quem etiam ut hominem nihil latè poruit. Quid si vero cum D. Luthero, cuius testimonium clarum & perspicuum alio loco recitavi, respondeam, Christum secundum carnem tantum sciisse quantum pater, & ipsemet sibi quatenus Deus est, patet fecit: ut qui Filium etiam, id est sese (quatenus vide licet homo est) diem illum ultimum ignorare Marc. 13. 32. fateatur? Nam vt cumque veteres non pauci (quod illorum pace dictum sic) locum illum præpostero Dei gloriæ Zelo torserint: rectè tamen Nanianzenus oratione 4. de Theologia, istud humanitati distinetè considerat ut propriè dictum attribuit. Nam ut duplex est Christi natura, & una quidem infinita, altera finita: sic duplicit in eo quoque scientiam ac voluntatem statuamus necesse est: vnam videlicet infinitam quæ est ipsam Deitas essentialis: alteram quæ qualitas est, ac proinde creata & finita, cuius fines ac limites ipsemet

ipsemet ὁ λόγος cum Patre & Sancto Spiritu in diebus carnis suæ tibi circumscriptis: & post ineffabilem ipsisque angelis incomprehensibilem exaltationem, prout ipsi libuit, amplificauit. Neque vero quin humana humanitati, diuina deitati tribuuntur, persona cum Nestorianis diuiditur, sed naturæ aduersus veteres illos Eutychianos & Monotheletas, & ex virisq; conflatum Vbiquitatem Omnipræsentia monstrum, distinguuntur. Neque sic etiam volum humanitati Christi vitium affingitur. Absit. Alia enim est proslus ignorantia illa vitiosa, qua ignoratur quod patescatū est & quod sciri debuit: quam ea scientia mēsura, qua quicquid est creatum intrā Deitatis infinitatem necessariō subsidet. Sed in hanc questionem nūc longius ingredi non placet. Immō fateor Christū etiam secundū humanitatem prophetias de illius populi reiectio- ne, quas ipsemet vt Deus teste Petro, L Pet. ii. prophetis suggesserat minimè ignorasse: & ipsam etiam experientia insanabilem hominum suorum cōtumaciam cognouisse & prædixisse, & suum quoque proditorem nominatim præcognouisse. Hinc tamen non efficitur ipsi fuisse secundū Humanitatem, & quatenus erat Minister Patris Circumcisus destinatus, cognitos fuisse singulos in ipsum non credituros: quos tantū à posteriore, vt in scholis loquuntur, & quatenus illos ipse vt Deus, sibi vt homini, patefaciebat, agnouit. Nec enim Ioh. 6. 64. temere additur αὐτὸν ἀπόκρινε, qua particula quid Christo secundū Deitatē, non secundū humanitatem tribuendū sit, designatur: in qua sententia Cyrillum doctissimum interpretē fuisse liquet ex eo quod in eum locum scribens, Cognovit, inquit, omnes Iesus, fidèles simul & incredulos, & ipsum impij facinoris illius ministrum. Neq; id mirum. Omnia enim vel antequam producantur cognovit. Sic igitur promiscuè Christus vt Euangelijs sui Minister omnes auditores suos aggregare voluerit, ac etiam studuerit, vt & fidei omnes Ministri, relicto penes Deum arcano suo consilio, facere consueuerunt. Quia tamen illud αὐτὸν ἀπόκρινε de variis rerum principiis accipitur, ne contentiosus videri possim, perti si largiar hæc esse de Christo secundū utramq; naturam, & personaliter intelligendū, (vt Theologi in scholis eruditè loquentur) tamē hæc Christi vt hominis, &, quod amplius est, vt ad Euangeliū seruatos etiā illos desperatissimos patris ac suos aduersarios si fieri potuisset, voluit: discernēda est ab illa aeterna & immutabili volūtate qua, vt cæteras sine exceptione res omnes, ita etiā illorū exitiū sapientissimè decretum, & iustissimè ordinatū sciebat. Neq; hic vlla repugnaria inter istas volūtates sed diuersitas tantū statuēda est: & ea quidē recta, & omni virtute carens, quoniā & ab optimo fonte, semper summae opere & proficiuntur, & ad optimum finem, nempe Dei gloriam tendit. Et quod ad dispensationis viam inter-

medium attinet, à conditione, si Deo visum esset, suspeditur, quamuis non totidem verbis expressa. Sic Moses, quamvis satis intelligeret, & planè consideret se ex libro virtutis deleri non posse: tamen se ridet & ex animo Exod. 32.32. non tantum vult, sed etiam optat, aut deleri ex libro virtutis, aut populo peccatum condonari, quorum alterum, sed non sine conditione, a Domino impetravit. Sic Paulus quod nec fieri posse sciebat, nec fieri etiam alio respectu optassem, tamen paratus erat populi sui abiectionem sui ipsius separationem à Christo redimere. Sic benigni patres liberos etiam de quibus nihil frugi sperant, & de quorum infelici exitio tam certi sunt quam si praesens illud spectaret, tamen ex animo motent ac etiam castigant, atque adeo tandem non odio, sed quia sic opus est Magistrorum dedunt, non remere lata legē, Exod. 21.17. cuiusmodi exempla in prophauis etiam historiis, ut in Bruto, patria salutem in Manlio, publicari egum auctoritatē paternae charitati anteponente, legimus: animo procul dubio inter duas tamen diuersas, immo, si simpliciter spectentur, contrarias voluntates cōfigente. Quid obstat igitur, quominus benignissimus ille Seruator noster, sic quoque non modo sine vicio, sed etiam immensā cum pietate & gratia testimonio servatos quoque voluerit, & si fieri potuisse, seruare studuerit ut Circumcisionis Ministēt, quos tamen iusto iudicio ineuitabili desinatos ut Deus illius decreti cum Patre & Sancto Spiritu auctor sciebat & probabat? Quis enim illum improbasse existimarit quod patri probaretur, quam unica sit sacræ Triadis ut natura sic etiam voluntas? Quod si D. Andreas cum suis hæc habeat pro GLO S. SIS, quas vocare per ludibrium isti consueverunt, credant saltem ipso Christo, qui Mat. 11.25. decretū istud respiciens, non tantum illud agnoscit, sed de eo quoq; gratias agit Deo patri quod ista absconderis, inquit, à sapientibus & intelligentibus que detexisti infantibus, quoniam hæc tua fuit iustitia: ea videlicet quibus hos ipsos aggregare frustra studuerat, de quibus postea hoc quem nunc tractamus loco lamentatus est: & quidem eius decreti causam non in ipsorum contumaciam reuiciens, ut ii faciēdum docent qui decreti de reprobandis & reprobatorum damnationis causas confundunt: sed alius assurgens, nempe ad iudicium illam ad utrumque membrum, id est tum ad illos per misericordiam seruandos infantes, tum ad illos iuste perdendos, ex æquo & pari serie spectantem. Quæ duo præclarè discernens eo ipso loco Cyrillus, nempe Iean. 6.64. & quarens cur non etiam peccata sint istis incredulis per misericordiam dimissa, Non est, inquit, ideo iniustus Deus inam suam istis reseruans, immo, ut natura iustus, omnia recte ac sue naturæ conuenienter determinat, quamvis dispensationis sue viam nos ignoremus. Quid amplius etiam si D. Andreæ largiar Christum loqui secundum Deitatem suam, dico Deum velle quodammodo illos

filios etiam ipsos aggregari Ecclesiæ suæ, quos tamen non aggredandos esse alio respectu népe immutabilis æterni decreti constituerit: non quod simpliciter possit nolle quod velit, aut velle quod nolit, sed habito mediorum illorum respectu quæ reprobant eam nonnullis prôponit, id est illius tolerantiæ qua testatur Apost. Rom. 9.22. ipsum ut in ipsa quoque vala ad iram compacta: donec videlicet illi, non quia Deus ipsorum incredulitatem non sanat, nec imbecillitaté iudicij, sed sola affectata aduersus conscientiam desperata improbitate, vel naturalem notitiam in se, suffocant, de quibus agit Apostolus Act. 14. 17. & Rom. 1.18. vel multò magis, quia veritatem Evangelicæ prædicationis, cuius conuicti tenentur, aut scientes prudentes repudiant, quales erant illi de quibus toties in historia Evangelica cōqueritur Christus: aut etiam degustatam vtrò etiōmunt, de quibus Apostolus horrendum illud iudicium pronuntiat Heb. 6. 4. & deinceps.

De distinctione Voluntatis signi & beneplaciti.

Denique, licet Dominus Deus noster minimè sit hypocrita, sed hypocritarum iudex: nec multiplex, sed simplex & unica sit ipsius voluntas: tamen hoc non impedit quominus pro captiu ingenijs nostris bifariam à nobis illa volūtas consideretur: uno videlicet modo, quatenus nobis aliquid patefacit, altero quatenus in ipso ali- quid occultum latet: idque interdum cum eo quod patefacit conueniens, interdum ab eo dissidens. Hinc illa distinctio schola- sticorum minimè repudianda, si dexterè intelligatur, inter voluntatem Signi & voluntatem Beneplaciti, id est voluntatis patefactæ & voluntatis secretæ, quod plenius exponam, quoniam hoc video à nonnullis non intellectum immerito reprehendi. Patefa- tum fuit hominibus ab ipso peccati initio, fore ut Deus per se- men illud mulieris, capite Satanæ contrito, homines seruaret. Quando vero & quomodo seruatrus esset, paulatim & per gra- dus fuit patefactum. Promisit Deus Abrahamo, & credidit Abra- ham, fore ut ipsius benedictionis participes fierent omnes gentes: fuit tamen vocatio Gentium quam plurimis seculis dilata. Act. 14. 16. & Romanor. 16. 25. & 26. Patefactum est nobis Dominum ultimo die venturum iudicandis viuis & mortuis, quem diem ta- men solus Deus nouit. Et infinita eiusmodi possunt tum ex sacris literis, tum ex quotidiano rerum usu proferri. En. non multipli- cem, sed unicam partim apertam, partim occultam Dei voluntatē. Sed quid si quidpiam celariā Deo dicamus ei quod idem præ se fert, & quod patefacit repugnās? an non tunc à se ipso videbitur dissidere & planè hypocritam agere? Nequaquam. Includit enim hypocrisis vitium quo decipere volunt alios hypocritæ mala cum

corū dāno; at non omnis simulatio. Est enim aliquis dolus bonus. Sic Deus voluntate signis sue exterius patefacta, non tantum vult sed etiam iubet Isaacum à patre mactari voluntate verò beneplaciti, ipsi Abraham ad tempus ignota, voluit duntaxat Abrahami fidem illa tam insigni obedientia explotari. Sic Dominus Mosen alloquens Exod. 32. exardescet, inquit, furor meus aduersus hunc populum, & absumam eum: iubet Esaiam annuntiare mortem Ezechiae: denuntiat Nineuitis internacionem intra diem quadragesimum. Nihil eorum tamen exequitur Deus. Num quòd aliter sentiret quām loqueretur hypocitarum more? vel quòd sententiam postea mutarit? Neutrū, opinor, ausit dicere aduersarius. Num quòd in arbitrium populi vel Ezechiae, vel Nineuitarum reponeret Deus decreti sui veritatem? Ne hoc quidem verè & piè dici potest. Quod enim illos paenituit, quo medio Deus non impletit quod denuntiarat, ipsis datum fuit per gratiam ab eo ipso qui hæc illis denuntiabat: neque hoc illis dedisset, si exequi denuntiationem voluisset: quod si voluisset, utiq; immutabiliter fecisset. Quid igitur? nempe hominum respectu duplex hic fuit voluntas: & quidem vna, nempe signi seu patefacta, alteri arcana repugnans, quæ non nisi ipso exitu appareret. Quòd ad Deum autem attinet, nunquam aliud voluit, nisi quod etiam fecit: sed quod nollebat factum, facturum sè ramen dixit: non hypocitarum more, non mendacii specie, sed pœnè comminationem, celata resipiscientiæ conditione, denuntians perinde ac si pœna esset semel decreta & immutabiliter eorum népe bono quos perdere nollebat iratus, vt sic perterrefactione conscientiæ viam sibi ad resipiscientiæ donum recipientium iis ipsis patefaceret, quos arcana sua voluntate seruare resipescentes decreuerat. Idem est autem prorsus iudicandum vbi è contrario voluit Dominus partim patefacta, partim arcana, donec illam patefaceret, voluntate iusta sua iudicia exercere, quarū vna videtur alteri ex diametro repugnare. Sic sine distinctione & simpliciter cum Abraham & eius sobole pacis aperta & communī voluntate signi, Ismaëlem beneplaciti voluntate repudiauit. Sic Esanum primogenitura quoque nascendi donatum, & ipsius sobolem benedictione foderis priuauit. Sic denique multi communī prædicatione verbi & Sacramentorum externa iam olim vocati sunt & quotidie vocantur, ex quibus soli beneplacito salutari electi seruantur. Et hoc illud est quod hoc etiam in loco statuendum est, habita sue Patris, sue Filij, vt Deiloquentis ratione. Quod enim, nisi ad hanc aggregationem & salutem, Christi doctrina & opera auditores omnes & spectatores inuitabant, si naturam illarum rerum & quid ista vel inuitis patefacerent consideremus? At cur non omnes aggregare voluit? Nā si voluisset, certè illis omnibus fidem, qua vna oues omnes huic capiti adiunguntur, do- nasset:

nasset: & si donasset, utique fuissent omnes aggregati. Cur igitur illos quoque non traxit? Certè quia hos noluit, qui nulli debitor est, trahere, idque voluntate occulta quod ipso tandem exiū patuit. Huic autem voluntati (quam & ipsam Filius tribuit ~~eu&onq~~, id est beneplacito patris) tantum abest ut repugnarit Filius, omnes quidem indefinitè volens voluntate signi & aperta aggregare, solos autē sibi à Patre datos ab iis passim discernens voluntate sui quoque beneplaciti: ut contrā Deo patris de hoc discriminē gratias agat Matth. 11. 25. & pro iis non oret, Iohann. 17. 9. & 16. quos etiam ut Deus nouerat Iohann. 6. 64. Duplex igitur fuit humano respectu hec voluntas, una aperta, spectandā quidem potentia & bonitatē Seruatoris & in doctrina & in operibus ipsius, sed natura simul & aduersus suā quoq; conscientiam cæcis: altera occulta, quam suo denigatis ac magis omnem prætextum ignorantiae illis adimendi, interius verò ipsos iuste indurandi, ac tandem sua ipsorum culpa & impenitentia arcanum de ipsis perdendis decretum re ipsa excendi.

*Matorum quoque malas voluntates sancti semper & recte à Deo non
tanctum tranari & regi, sed etiam moueri & ad id quod ipsi libuit
conandum vel etiam perficiendum inclinari, nec propterea
ulla mali operis auctorem esse.*

Ignoscat mihi velim Christianus lector quod toties eadem, occidenti, eadem repetam inuitus. Dixi eos qui damnantur, damnari sua ipsorum, non Dei, culpa. An sum in eo mentitus? Addidi nihilominus istud iustum iudicium non euenire, absq; Dei decreto eterno & immutabili. Ex his tribus, obsecro, quid culpare quispiam possit, qui quid sit Deum esse, vel ex illa notitia quam Paulus Dei veritatem vocat, vel ex ipsius verbo nouit? Certè siquid sit quod Deus factum nolit, vel non sit quod factum velir, Deum nullum superesse vel ipse Epicureus esset confessus, si ausus esset. Dei verò voluntatem ab ipsis decreto, vel decretum à voluntate separare, eius est hominis qui planè insanit. Quisnam enim velle posset aliquid esse quod non decreuerit ut sit: vel inuitus decernere quod nolit? At si quod tale est decretum, omnino vel nihil ab eo excipiendum est, vel quantum de ipsis prouidētia, tantundem de ipsis Deitate detraxeris. Pertinebit istud igitur tam ad seruandos quam ad damnandos: unde intelligitur cuius sit inscitiz in illis istud fateri, in istis negare. At decretū istud, si Dei est, ergo est ab eterno: ergo immutabile: quod si quis negat, nihil est in rerū natura quod istiusmodi monstrū non cōspuat. Sed audire iam mihi vi-

deor DD. Andream & Osiandrum, & alios succenturiatos & pra-
posituris ac Abbatis inhantes, GLOSSAS GLOSSAS,
GLOSSAS hæc esse clamitantes. Audiamus igitur ipsum Dei
verbum. *Omnia, inquit Solomon, fecit Deus propter se, etiam scelerat-*
tum ad diem malum. Num quæso absque decreta & certa delibera-
tione? *Iste, inquit Simeon, Luc. 2, 34; positus est ad ruinam & resur-
rectionem multorum.* Cedd verdi: num temere positus? ac non po-
tiùs ex eius decreto, qui interprete Paulo Rom. 9, 33. Ecce pono, in-
quit, in Sion lapidari offendiculi. Sed & Paulus i. ad Thess. 5, 9.
Deus, inquit, *En tō dero h̄p̄as eis op̄ȳ nr̄.* Verbum enim in Sion sicuti
quum de electis Ioh. 15, 16. & de Christo ipso in quo electi sunt agi-
tur Es. 49, 6. primarium illud fundamentum omnino declarat, cui
cæteræ inferiores causæ subordinantur, sic quoque de altero mem-
bro intelligatur necesse est ex mutua contrariorum *ἀμετανόητης* ratiō-
γερμανικούς τετραπλίου Iudæ 4. necessario includens diuinum in
arcane prudentie codicem relatum ab aeterno decretum. Sic
iam tu quum mundus crearetur, nō tantum regnum illud electis de-
stinatum fuisse dicitur Matth. 25, 34. sed etiam ipsi quoque electi
Eph. 1, 4. atq; ad eum ipse Christus quatenus in ipso sumus electi. I
Pet. 1, 29. vt contraria reprobi dicuntur I. pet. 2, 8. offendisse immorigeri
ad hunc ipsum sermonem, *εἰς δὲ καὶ τέθνεται.* Ab hoc autem decreto
quānam excludetur Dei voluntas, etiam si res ipsa per se non recla-
maret, dicente Apostolo, non tantum, *Cuius vult miseretur sed e-*
tiām. Quem vult indurat: idque ea voluntate cui resisti non possit.
Quid amplius. Si congenerunt Herodes & Pilatus (sic testante Hie-
rosolymitana sanctissima Ecclesia) vt facerent quæcumque Dei mā-
nus & cōsiliū prædefinierat, quo, quodd ad illos quidē attinet, nihil
scelerius unquam cogitatum vel factū fuit: cuius pudoris fuerit
negare quæ tam expressè Spiritus sanctus affirmat? Quod igitur
docemus tum ex ipsa vera naturali Dei notitia, tum ex ipsius ver-
bo nobis tam expressè reuelato, nō est OS PONERE IN
COELVM vt impudenter aduersariis iste nos calumniatur: sed
loquentem ē cœlo Deum exaudire. Quod autem adicere ausus est,
sic euerti omnem piorum consolationem, omnem certè impuden-
tiam superat. Nam ē contrario, quānam esse potest piorum in ad-
versis rebus omnibus consolatio, præter istam qua constituant
neque Satanam, neque ipsius Ministros, vel tantillam posse aduer-
sum ipsos aggredi, ne dum perficere, nisi Deo Servatore nostro ita
vt ab aeterno ipsi visum est sapietissime, iustissimè, benignissimè ad
dominis sui gloriam, ad suorum salutē, ad hostium deniq; suorum
subversionem, volente, decernēte, nec tantum principia, sed etiam
progressum, & tum castigationum, tum probationum fines, pro-
inscrutabili sua sapientia & bonitate moderante? quod se velim
prolati

prolatis scripturæ testimoniis probare, describēdi mihi forent integræ Prophetarum & Apostolorum libri. Sufficient autem hæc paucula, *Quos Deus præsevit* (inquit Apostolus Rom. 8.30.) eosdem & prædestinavit ut conformes fiant imaginis filii sui: quod idem exponens 2. Tim. 2. 12. *Sic cum eo toleramus* (inquit) etiam cum eo regnabimus. Et 1. Thessal. 3. 3. *Nemo commouetur in istis oppressiōibus*, scitis enim nos ad id esse constitutos. Et 1. Pet. 3. 17. *Melius est ut bene agentes, si ita velit dei voluntas malis afficiamini, quam male agentes.* Quod si contra statuamus esse in Satanæ & scelerorum potestate quidpiam in nos moliri, (contrarium autem ex historia præsertim Iobi liquet) quorum duntur taxat malitiam Deus refrænet, quantū illis potestatis tribueris, tantum Deo ademeris, & integræ consolationi detraxeris.

Responsio ad argumentum, Quod est causa cause, est causa causati.

Ad. 8.

Hoc est palmarium illud argumentum, quo decepti nonnulli clamitant Deum à nobis constitui malorum auctorem, nisi cum ipsis præscientiam Dei à decreto, & permissione à voluntate, in iis quæ iniuste ab hominibus sunt separamus: non animaduertentes ipsi Horatianum illud, *Dum vitant stulti vitia, in contraria curant, sicut initio huius tractationis ostendimus.* Antequam autem vanitatem eius quo nütuntur argumenti ostendam, de deobus illis dicam quæ hic nobis obiicit aduersarius. Horum prius est quod dixerim, *volente Deo primos homines peccasse.* Ego vero istud minimè dixi: sed neque iniuto, neque ignorante, neque otiosè præscientे, ac proinde reuera sic volente & decernente Deo fuisse lapsos, id est prima illa felicissima origine excidisse. Etsi enim hic lapsus verè, quod ad ipsos attinet, ingens fuit peccatum, quod merito Dei adhuc in toto humano genere vltiscitur: tamen quod ad Dei voluntatem & decretum attinet, nullum hic nobis vitium concipiendum est, Deo semper bene & iuste discernente quicquid etiam à peccantibus instrumentis admittitur. Quod igitur primi parentes sese nativa illa bonitate priuarunt, non potuisse nisi ex Dei sic volentis, & hanc mutationem in optimum finem decernentis, vt antea ostendi, decreto factum fuisse dixi & dico. Quod autem peccarunt illi, non aliunde quam à Satana susore, & ab ipsi Satanæ vtrid obsequentibus emanavit: ed grauiore peccato quod voluntate adhuc libera, nec dum seruituti peccati mancipata, à Deo desciuerunt. Denique ut præclarè non uno loco dicit August. quod malum est in sese, mali rationem non habet, quatenus à Deo pendet, sed quatenus bonum etiam est ut sint mala, quæ alioqui Deus esse non sineret: non sinit autem utique nolens, sed vo-

lens. Altero autem loco me reprehendit quod alibi dicam, oportuif-
se hominem labi: quod rursus indiger explicatione. Non enim sicut in
Adamo ea peccandi necessitas, cui post peccatum mancipati fue-
runt primi parentes, & quae in nos ab ipsis est propagata, & à cu-
ius seruitute paulatim per Iesu Christi gratiam manumittitur,
plene tandem ultimo illo die liberandi: sed alia necessitate dicen-
dus est Adam necessariò lapsus, nempe quod ad Dei ordinationem
attinet, quæ falli non potest: nec tamen mutat rerum naturas, sed
vnam quamque rem pro natura ipsis determinat: qua de re quo-
que pleniùs alibi dicemus. Nunc ad rem accedamus.

Fundamentum huius argumenti D. Andreas his verbis schola-
vitatis concepit, *Quod causa est causa, causa etiam est causati: cui c-
onveniat, ut contra nos valeat, subiicienda est hæc assumptione & cō-
clusio: At Dei decretum & voluntas causa est, si Bezae credimus, ma-
la voluntatis hominum: cuius causatum est peccatum. Ergo Deus
sic fuerit causa peccati. Ego vero pleniùs postea de hac re dicturus,
primùm respondeo quod ad huius syllogismi propositionem atti-
nent, quem Deo tribuimus nomen causæ, & quidem primariæ, vni-
uersalis, immutabilis & efficacissimæ, estimandam illam esse nobis
non ex natura creatarum causatum quantumvis excellentium, sed
ex illa Dei sublimissima Maiestate, ipsis etiam Angelis incompre-
hensibili: neque illam esse cum vllis causis secundis complexu quo-
dam connectendam ex Stoicorum imaginatione, sed consideran-
dā vt eam quæ longè latèque ab illis diuersa, rebus omnibus crea-
tis, vt instrumentis, modò pro ipsarum natura, modò præter atque
ad eò contra eorum naturam, prout ipsi libuit, vtatur: ac proinde
illi axiomati simpliciter minimè subiicitur: quoniam siue bo-
nis, siue malis instrumentis vtatur, semper iustum est ipsis opus.
Ad assumptionem autem respondeo, Deum quidem esse volunta-
tis, etiam malorum motricem causam, at non quatenus illa mala
est: siue, vt in scholis loquuntur, secundūm rationem entis, at non
secundūm illius defectum, qua de re sic verè, quamuis non admō-
dum Latinè, Thomas 1. parte q̄st. 49. art. 2. ad 2. *Effectus causa*
secunda deficientis reducitur in causam primam non deficientem quan-
tum ad id quod habet entitatis & perfectionis, non autem quantum ad id
quod habet de defectu: scit quicquid est motus in claudicatione, causatur
à virtute motiva: sed quod est obliquitatis in ea, nō est ex virtute motiva:
Et pr. 2. q̄st. 79. art. 1. ad 3. *Effectus causa media procedēs ab ea, secundūm*
quod subditur ordinis causa prima, reducitur etiam in causam primam:
sed si procedat à causa media, secundūm quod exit ordinem causa pri-
ma, non reducitur in causam primam. Deus ergo causa est omnis actionis,
in quantum est actio: sed peccatum nominat ens cum quodam defectu, qui
est ex causa creata scilicet voluntate depravata & deficiente à primi a-
gentis ordine. Hoc autē vt ad oculū penè perspiciatur, primū illud
ponendum*

ponendum est, res omnes creatas esse Dei, nunquam otiosi sed semper agentis, instrumenta: deinde bonarum & malarum actionem discrimen cadere in ea demum instrumenta quæ intelligentia & ratione prædicta sunt, cuiusmodi sunt Angeli & homines: alij quidem suapte natura boni, vt Angeli qui non ceciderunt: alij ex gratia, vt homines regenerati quatenus Dei Spiritu aguntur: alij verò mali non ex creatione, sed ex naturæ depravatione spontanea, vt Angeli, qui non permanerunt in veritate, & homines quales nascuntur. Hinc igitur sit vt res istæ vtræque habeant quidem rationem instrumenti quatenus per eas Deus operatur: rationem verò causæ quatenus ipse sese mouent intrinseco principio. Quatenus igitur instrumenta sunt, & à Deo aguntur: effectum quod inde Deus assequitur bonum semper est: quatenus autem causæ sunt, & suo ipsatum motu agunt, bonum est etiam carum opus: quarum voluntas cum Dei voluntate cōsentit, vt quum Angeli boni Dei mandata exequuntur, & regenerati homines illa etitudine voluntatis sese mouent quam Deus in ipsis per gratiam creavit. Contrà verò quod Deus per mala instrumenta facit, semper quoque bonum est: quod autem agunt ipsa vt causæ, semper malum, tum quoque quum id agunt quod Deus fieri vult: siue sit hac Dei voluntas ipsis patefacta, vt in Iobi & Achabi historiis liquet, siue sola mala mens & malus animus hoc illis suggesterat. Semper enim est inter Dei & istorum malorum instrumentorum voluntatem repugnantia, tum etiam quum videntur istæ voluntates inter se consentire, vt suo loco dicemus. Ac Dei quidem potentiam & voluntatem plenam, tum in bonorum instrumentorum motu, tum in ipsorum actione propria sic interuenire vt verè & per illos & in illis agat, extra controuersiam est. Quinam verò Deus mala instrumenta moueat, & quæ hic sit ipsius actio controuertitur, quum certum illud sit, Deum nolle iniquitatem, immò peccatorum esse hostē & vindicē. Certè, si quod diximus de Deo vt prima causa instrumenta mala mouente, nō aliter intelligatur quam de illa via divina qua naturæ ordo in rebus omnibus creatis conseruatur, & rerū voluntate præditarum voluntates carent, transendum erit in Peripateticorum castra, qui vniuersalem tantum prouidētiam agnoscunt. Itaque fatendum est omnino, quum ne passerculi quidem cadant sine voluntate conditoris: & ipse sortium exitus, teste Solomone, sit à Deo, voluntates illas etiam malas, non tantum vniuersaliter: sed expressè certo & fixo diuinitù momento ad hoc vel illud agendum agi. Hoc autem non aliter posse fieri quam Dei voluntate & decreto, & quidem potente & efficaci multis antea rationibus & auctoritatibus probauimus, & ex ipsis expressis testimoniis sic loquente Spiritu sancto liquet. Vos me huc non misis, inquit Iosephus, sed Deus, Gen. 45. 8. Sic Pharaonem excitat,

Exod. 9.16. & eundem induitat. Exod. 4. 21. & quidem volens Rom. 9.18. Sic tradit Davidis vxores Absolomo. 2. Sam. 12.11. Sic incitat cor Davidis ad numerandum populum. 2. Sam. 24. 1. Sic præcipit Seimei ut maledicat Davidi, 2. Sam. 16.10. Sic aduersarios suos vocat David, manum & gladium Domini, psal. 17.13. Sic Dominus ipse Medos & Persas vocat sanctificatos suos, & iræ suæ instrumenta Esa. 10.5. & 13.6. Sic defectionem decem tribuum, vocat opus suum 2. Paralip. II. 4. Sic Chaldaeorum rex confertur cum serra & securi Esa. 10.15. Sic inquit Iobus, minimè blasphemans, Dominus dedit, Dominus abstulit Iob. 1. 21. Sic affliguntur pij ex Dei voluntate Rom. 8.29. 1. Pet. 3.17. & 4. 19. Sic conuenerunt Herodes & Pilatus ut facerent quæcunque manus Domini & consilium prædefinierat ut fierent, Act. 4.28. idèò non potuit nisi hora sua capi Ioh. 7.30. & 8.29. & 12.27. Sic traditus dicitur ex definito Dei consilio, & præteunte decreto Act. 2.23. Sic à Deo vulneratus est Esa. 53. 5. Sic Deus filio suo non pepercit Rom. 8.32. Sic denique dat Deus Reges in ira sua Nhem. 9.37. Et Iob. 34.30. Errare facit. Esa. 63.17. Miscet spiritum erroris. Esa. 19.14. corda indurat & vertit: oculos excæcat: vino vertiginis inebriat. Exod. 4.21. & 7.5. & 9.12. & 10.1. & 11.10. & 14.4. Deut. 2.29. Ios. 11.20. & 1. Samuel. 2. 25. & 2. Paralip. 22. 7. Psalm. 105. 25. Tradit in reprobum sensum Rom. 1.18. Mittit efficaciam erroris ut credatur mendacio. 2. Thessal. 2.11. Prophetas seducit. Ezech. 14. 9. Spiritus malos immittit, addito nocendi præcepto, & data ad fallendum efficacitate 1. Reg. 22.22. & 23. & 2. Paralip. 18.21. & Iob. 1.12. & 2.6.

Istis autem agedum subiiciamus etiam duorum scriptorum grauissima testimonia, Augustini, videlicet veterum Theologorum facile principis, à quo aduersus Pelagianos pertractata est multis libris & locis hæc quæstio, & Thomæ, Scholasticorum omnium doctissimi. Sic igitur Augustinus illam ipsam permissionis vocem à nonnullis postea depravatam, & de qua mox differemus, vero sensu exponens aduersus Julianum. *Quid est inquit lib. 3. contra Julian. cap. 5. quod dicas, Quoniam desideris suis traditi dicuntur, reliqui per diuinam patientiam intelligendi sunt, non per potentiam in peccata compulsi? Quasi non simul posuerit hec duo idem Apostolus, & patientiam & potentiam, ubi ait, Si autem volens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, tulit in multa patientia vasa ire que perfecta sunt ad perditionem. Quid horum tamen esse dicas quod scriptum est, Et Propheta si errauerit, & locutus fuerit, ego Dominus seduxi. Propheta illum: patientia est an potentia?* *Quodlibet eligas, vel virumque fatearis, nides tamen falsa prophetantis peccatum esse, & pœnam peccati. An & hic dicturus es quod ait Dominus, Ego seduxi Prophetam illum, intellegendum esse, Deserui, ut pro eius meritis seductus erraret? Age ut vis, tandem eo modo punitus est pro peccato, ut falsum prophetando peccaret. Sed illud*

illud intuere quod vidit Micheas Propheta, Dominum sedentem super thronum suum, & omnis exercitus stabat circa eum à dextris eius & à sinistris eius. Et dixit Dominus, Quis seducet Achab Regem Israël, & ascendet, & cadet in Ramoth-Galaad? Et dixit iste sic, & iste sic; & exiit Spiritus in conspectu Domini, & dixit, Ego seducam eum. Et dixi Dominus ad eum, In quod Et dixit, Exibo, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit: Seduces, & præualebis: ex, & fac sic. Quid ad ista dicturus es? Nempe Rex ipse peccauit, falsis credendo prophetis. At hac ipsa erat etiam pena peccati, Deo iudicante, Deo mitente Angelum malum, ut apertius intelligeremus quomodo in Psalmo dictum sit, misisse iram indignationis sue per Angelos malos. Sed nunquid errando, nunquid iniuste quicquam vel temere iudicando, sine faciendo? Absit. Sed non frustra illi dictum est, Indicia tua sicut abyssus multa. Non frustra exclamat Apostolus, O altitudo! Idem August. eodem loco. Quis ita, inquit, despiciat, ut quum audierit quod in Psalmo canitur, Ne tradas me Domine desiderio meo peccatori: hoc dicat orasse hominem, ne Deus sit patiens erga illum, si Deus non tradit ut mala fiant, nisi patientem bonitatem prebendo quum sunt? Quid est autem quod quotidie dicimus, Ne nos inferas in temptationem, nisi ut non tradamur concupiscentiis nostris? Num quisque enim tentatur à concupiscentia sua abstractus & illelius: An foris hoc non petimus à Deo ut non sit erga nos patiens eius bonitas? Non ergo, eius inuocamus misericordiam, sed potius iracundiam prouocamus. Quis ista sapiat sanus, inquit quis vel furiosus hoc dicat? Tradit ergo Deus in passiones ignominiae, ut fiant que non convenient: sed ipse conuenienter tradit, & fiant eadem peccata, & peccatorum supplicia præteriorum, & suppliciorum merita futurorum. Sicut tradidit Achab in pseudoprophetarum mendacium: sicut tradidit Robo-mum in falsum constitutum. Facit hæc miris & ineffabilibus modis qui nunc in ista sua indicia non solum in corporibus hominum, sed & in ipsis cordibus operari: qui non facit voluntates malas, sed vitetur iis ut voluerit, quum aliquid inique velle non possit. Thomas autem de excæcatione loquens 1. secunda. quest. 79. artic. 4. satis declarat his verbis quid de te tota senserit, Omnia mala que Deus facit, (nempe mala penæ) vel permitit fieri, (nempe mala culpæ) ordinantur ad aliquid bonum, nempe interdum ad sanationem peccantis, medicinaliter in iis quos Deus permitit cadere in peccatum, ut humilientur & conuertantur, sicut dicit August. lib. de Nat. & Grat. cap. 22. & 35. nimirum prædestinatis, quibus omnia cooperantur in bonum Rom. 8. Interdum vero ad excicatorum damnationem quam ordinat Deus ad gloriæ iustitia sua: Interdum alterius proficiens nimiri in Dei iustis aduersus alios indicis: interdum totius universi causa, sicut culpam tyrannorum occupat in bonū alterum.

Ex istis autem inter se collatis, satis apparere ex ultimo quid sit de eorum sententiis existimandum qui optimo quidem conatu, sed ex humana tamen sapientia de rebus istis iudicare mihi qui-

dein videntur, veriti ne Deus alioqui sibi ipsi repugnare, præcipere quæ nolit, punire quæ præcipiat, malorum denique auctor esse statuatur. Quæ certè omnia sunt horrendæ impietatis & blasphemæ plena. Ex illis igitur alijs, Deum quidem bona facere, mala verò permittere, docent, iuxta illud psalm. 81. 13. Permisit eos in prauitatem cordis illorum. Et Act. 14. Siuit omnes Gentes ambulare satis ipsarum viis: quod etiam torquetur lex illa de permissis diuortiis, ob duritatem cordis Israëlitarum. Neque verò nos istud discrimen rectè & ex Augustini sententia intellectum repudiamus, Græcis etiam patribus οὐχ ξεπίστας nomen passim usurpantibus, nempe vita quod ipse Deus suo Spiritu, vel adhibitus bonis instrumentis facit per bonitatem & gratiam, ab iis distinguatur quæ facit quidem etiam ipse sed malis instrumentis habens laxans, quoniam tam potens est & tam bonus ipse Deus, ut non tantum bona bonis instrumentis & causis agat, sed etiam, quod est opus ipsius maxime admirabile, malis ad bona facienda vtatur, & ex tenebris lumen eliciat. Quæro igitur ex illis qui hanc Permissionem aliter interpretantur, volenti an nolenti, an verò vt otioso spectator & quasi gubernatori clavum nauis deserenti, & obstinatorum nautarum arbitrio nauem permittenti, permissionem istam attribuant. Si volenti Deo, nobiscum faciunt: nec inde consequetur quod me tuunt, vt iam antè ostendimus & iterum ostendemus. Si nolenti & inuitio, quis est iste Deus cui vis afferatur? Si gubernationis mundi desertori, quantum ab Epicuri impietate absuerint? Mitigant igitur istam sententiam nonnulli, qui nullam quidem permissionem & ipsi statuunt ab omni voluntate & actione segregatam, sed opus malorum diuinitùs tantum ordinari, id est suis limitibus circumscribi, & cum ad Dei gloriam, cum ad piorum salutē, & malorū exitium dirigi volūt. Hæc autem sententia si vera est, consequetur prouidentiam Dei, quum infinitis partibus plura male quam bene in mundo fiant, mūdo non præesse: sed Satanæ & malorum arbitrio, excepto duntaxat illorum arbitrij, & conatus limitatione, subesse. Molietur ergo Satan cum suis aduersus Ecclesiastem quicquid ipsis libebit, quamvis non quicquid libuerit perficiant. At longè aliter loquitur Satan in historia Iobi, nihil ausus nisi Deo concedente conari: immōne in porcos quidem nisi venia petita & impetrata ingressus. Quid? quum castigat suos Dominus, non præscribet & decernet poenas, sed tātum moderabitur? Quorsum ergo ipse Dominus Assyrios & Chaldæos exciuisse, aduocasse, adduxisse dicitur? Et quum malos inter se committit Dominus, annon ipse sedet vt iudex causa cognita decernens? Deniq; agit-ne Satan iudicis simul & carnificis partes, Deo scilicet eius tantum fœnitiam moderante? Quæ omnia quum ex illa opinione consequantur, hinc appetit quantum sit illi tribuendum. Et vt paucis dicam

dicam quicquid istiusmodi permissioni obtendatur, nihil eos adiu-
uerit qui sic putant humana quapiā ratione Deū à peccato excusa-
te. Qui enim permittit eum tuere quem seruare potest, annon il-
lius exitio causam præbet; Alij igitur quandam aliam rationem
excogitant, qua Deus, minimè certè hominum patrocinio indi-
gens, excusari posse videatur. Aiunt enim, ut appetet ex lib. Sen-
tent. 2. Distinct. 45. & 46. Deum respectu mali culpæ, non habe-
re aëtum positivum nec volendi nec nolendi, sed tantum actum
negatiuum non volendi, qui sit indifferens & permissionem si-
gnificet. Illos enim permittere, non qui velint aut nolint, sed
qui non velint prohibere. Hæc illi, quibus si creditur, multò
appetiùs consequeretur eorum quæ in mundo aguntur longè ma-
ximam partem, vel Deo imprudente, vel non curante fieri, quo-
rum illud ab eius prouidentia, istud ab eius potentia penitus
est alienum. Denique non defunt qui Deum esse causam peccati
dicant, sed non aliter quam Sol tenebrarum causa dicitur, ut pote-
quam eius recessu in aëre existant, accessu euanescant. Ita enim ne-
cessario illos in peccata ruere à quibus Deus gratiam suam subdu-
cat, quæ sola faciat ut peccata vitentur. Et fatendum quidem est,
gratiam Dei, vel iis non tribui, vel ab iis subduci quos Deus sibi i-
psis relinquit, Satanæ & suis cōcupiscentiis traditos. Sed illos sic si-
bi ipsi derelicos, non consequitur Deum postea non mouere, &
illis tanquam instrumentis vti, tum ad ipsorum iustam perniciem,
tum ad alios quos libuerit, vel probandos, ut in persecutionibus
Ecclesiæ accidit: vel castigados, ut quotidie piis euenit, & iis qui in
Ecclesia traduntur Satanæ ad tempus ad interitum carnis. Deinde,
ne sic quidem excusari Deus humana ratione possit, quum Deo
Spiritum suum subducente, nihil aliud possit homo quam peccare.
Hinc enim collegit caro superbiens, Deum, quum gratiam suam
subducit, (quod nonnisi volens facit) homines, et si non directe,
ramen in ipsam peccandi viam inducere. Quid ergo? Certè sanctis-
simus & purissimus est Deus noster, & omnis vitij hostis, & vin-
dex usque adeò scelerus, ut ne suis quidem electis non aliter parcat
quam omnibus peccatis ipsorum, in unico illo Mediatore nostro
vindicatis. Sed absit ut propterea suo illo in Angelos sceleratos, &
longè maximam hominum partem imperio exciderit: quominus
non tantum illorum improbitatem frænare possit, & in contra-
partem auertere, verum etiam illam ipsam eorum peruer-
sionem sancte, iuste, potenter mouere & inclinare: modò ad suo-
rum electorum utilitatem, quoties illi visum est ipsos per illa mala
sua instrumenta exercere, ut sic in suorum infirmitate virtus ipsius
perficiatur: vel castigare, ut sub ipsis potente manu humiliati e-
rudiantur: vel ipsos met sceleratos inter se iusto suo iudicio com-
mittere, donec ipsis sibi ultimum exitium accersant: nullo proflus

peccantium etiam instrumentorum viatio contaminatus. Habent enim omnes ille mala malorum instrumentorum actiones, sive internæ, sive externæ, quod ad ipsa quidem attinet, peccatorum rationem, tunc quoque quum male faciunt quod Deus bene vult fieri, quæ postea Dominus iuste vicitur. Quod autem ad ipsum Deum attinet bene mouentem & inclinantem ea ipsa instrumenta quorum mala voluntates male se ferent: mala ipsorum actiones non ut peccata considerantur, sed ut peccatorum pœnæ diuinus inflæctæ, inter quas vel maximas ipsa quoque peccata recentur. Vix enim peccatoribus quicquam deterius possit accidere, quam ut sibi reliqui, & cōcupiscentiis suis, non otioso sed iudicante Deo, mancipati, peccata peccatis cumulent. Nec enim mali à bonitate defectus, à quo pendet malarum omnium actionum deformitas ad solium vñque diuinæ purissimæ Maiestatis pertingit. Nam eius operatio semper optima, quibuscunque instrumentis vertatur, optimum semper opus edit: adeò ut quod ad Dei æternum decretū & ei subordinatorum instrumentorū usum & finem inde tandem nascentem attinet, nihil in rerum vniuersitate nisi sapientissimè, & quam optimè diuinus fiat: sed virtuositas illa omnis gradum silit & figit in defectu malorum instrumentorum, non querens instrumenta sunt Dei per illa quoque operantis, sed querens suarum malarum actionum principium apud se intus habet, quo sensu explicandum est quod ex August. Enchir. ad Laurent. iam antea citavi, vbi, *Magna*, inquit, opera Domini, exquisita in omnes eius voluntates, ut nro & ineffabili modo non fiat prater eius voluntatem quod etiam contra eius sit voluntatem, quia non fieret, nisi sineret, nec vtique nolēs finit sed volens. Et paulò antè. Non dubitandum est, inquit, Deū F ACERE BENE finendo fieri quecumq; sunt mala. Non enim hoc nisi iusto IV D I C I O finit. (ergo & decreto eoque interdū occulto, semper tamen iusto, ut idem multis aliis locis declarat.) Quamvis ergo quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona: tamen ut non solum bona, sed etiam sunt & mala, bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo sinerentur esse mala ab Omnipotente Deo: cui proculdubio quam facile est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse, non sinere. Hoc nisi credamus, periclitatur ipsum fidei nostræ initium, qua nos in Deum Omnipotentem credere confitemari. Hæc ille, perspicue ostendens salua fide de Dei Omnipotente tum in vniuersum, tū in singulis rebus prouidentia, non posse quidquā geri à quo vel voluntas eius excludatur, vel id quod vult ab eius ēterno decreto separetur: quæ voluntas non aliunde quam à se ipsa normam iustitiae & rectitudinis sumit, ideoque à nobis est adoranda non scrutanda: & ad quam vbi peruentum est, audiendus est Apostolus claimans, O Altitudo! quod nos etiam vel inuitos trahunt tot ipsa luce clariora faciæ Scripturæ testimonia quæ prius citauit præscr.

præfertim in quibus sit expressa ἀειστίνες βελής & προτάσσεις
mentio, ut omnes intelligent quantum illa Permissio quam & ipsi
agnoscimus, & qua id quod Deus ipse Spiritu suo facit, ab eo dil-
crepat quod mala instrumenta, quamvis bene ab ipso instrumenta-
litet mota, malè tamē faciunt, ut causæ: ab ea Permissione differat,
quam nonnulli comminiscuntur, nodū in scirpo querentes, & ni-
hilominus quam id quod querunt, ut ante ostendimus, assequentes.

Etsi verò futurum spero ut ista plerisque veritatem serio quæ-
rentibus satisfaciant: tamen ut ex iis ipsis exemplis quiuis perspi-
ciat, quomodo in uno & eodem opere insignis discrepantia tum
consilij tum actionis duorum operantium, tum etiam finis repu-
guantia sit consideranda. agedum hoc etiam per partes considere-
mus. Ac primū quidem de primis parentibus dicamus. Quid igit-
tur Deo propositū fuit in Adami lapsu spontaneo? Nec enim illum
Deo vel in uito vel ignorāt, vel insigne illud opificiū suum nō cu-
rante, labi potuisse prius ostendimus, quamvis illi sanè nullam ma-
lam voluntatem instillarit. Nempe, tum seruandis per miseri-
cordiam suis, tum iustæ damnanda reproborum malitiæ, suæ deni-
que nature, qualem illā in Lege describit, patefaciendæ viam aperi-
re. Nam alioqui nec vlla in electis miseria extitisset, quæ per me-
diatorem destinatum expiaretur: nec vllum in reprobis peccatum
quod condemnaret. Sed unde hoc habes, inquit, D. Andreas.
Cui si respondero ex Scholasticis ac præfertim Thoma, hoc po-
stulasse mundi ordinem, ridebit suo more. Respōdeo igitur, quod
ut etiam rideat, tam verum est tamen quam ipsa veritas, eo quidem
fundamento posito, quod nemo nisi impius vel planè Epicureus
inficiari possit, & quod sēpē iam inculcaui, Vnum videlicet Deum
esse à seipso & per se: unde consequitur nihil fuisse, vel esse, vel fu-
turum, nisi quod Dei potestate & voluntate fuerit, sit, & futurum
sit. Quæries ergo de rebus præteritis agitur, nulla est consecutio
firmior quam ista à posteriore, ut in scholis loquuntur, sumpta
Hoc factum est, Ergo Deus voluit ut fieret. Ex hoc facto istud con-
sequuntum est, Ergo Deus fieri hoc voluit ut hoc inde consequere-
tur. At id quod ego dixi negari non potest Adami lapsu effectum.
Rectè igitur illud & necessariò conclusi, non ex humana cōmenta-
tione. Satan verò quid cogitauit, quamvis imprudens Dei consilio
subseruiret. Nempe quia Deum odit, & totus inuidia exuestuat, i-
nimiticias sēvere voluit inter Deum & hominem. Et certè leuit:
sed summo eligendorum hono, & suo ac reprobandorum iusto e-
xilio: & quidem vtrinque ad sempiternam Dei gloriam. Quid au-
tem cogitarunt Adamus & Eua, simulatque se dociles Satanæ pre-
buerunt? Nempe sese in Dei solio collocare. Meritò igitur & Satan
& Adam ac Eua puniuntur, ut qui sic fuerint Dei instrumenta insi-
gne illud opus molientis, ut tamen Deo non sint obsequuti: sed

contrà aduersus ipsum coniurant, quatenus suum ipsorum opus spontaneo suo motu sunt moliti. Nec minus apertum est dilectio men in ipso agendi modo. Nam Deus quidem ut bonus est, Adamum & Eum bonos & bona voluntate præditos creauit, admittet quid ab illis exigat, addit præcepto minas, ut periculi metu à transgressione deterreantur. Quod autem illos noua gratia non sufficit, in eo reprehendi non potest qui nulli est debitor, nec ab illis quidquam exigit quod ipsi præstare iis quas acceperant viribus non possent, nondum videlicet peccati seruituti mancipati. Quid autem agit Satan? Deum impudenter calumniatur, & miseros illos ad defectionem solicitat. Quid Adam & Eva? Non modò non coacta, nec tantum spontanea, sed etiam pro rursus adhuc libera, licet mutabili voluntate, à Deo suo opifice ultra deficiunt. Quis autem de Deo hic conqueri potest? Certè non Satan: non Adam & Eva. Num autem nos Adami posteri? Atqui quod ad electos attinet quum multò plus recipiant in Christo quam in Adamo amiserint, quid illis euenit de quo conquerantur? Reprobi verò quum non nisi in peccatis concepti, et si adoleuerint suorum peccatorum mole obruti, sua denique ipsorum conscientia conuicti, meritis penitentiis addicantur, quo tandem iure cum Deo expostularint? At cur non omnes seruate inquiet quispiam. Os impudens! Mirare potius cur aliquos seruare dignetur. Denique quinam Deus (quod testatur Apostolus Rom. II.) concluserit omnes sub contumacia: & (ut loquitur Solomon) fecerit ad gloriam suam etiam impium ad diem exitij, nisi per Adami spontaneum lapsum, ab ipso partim ut misericorde, partim ut iusto futuro iudice ab aeterno constitutum? Nam neque malum condere, neque bonum creatum ad malum impellere potuit ipse summè bonus. Et hæc quidem de ipsis Adami lapsu dicta sunt. Ad cætera vero exempla quæ sunt à nobis paulò ante prolata quod attinet: si Dei opus sanctum à malè se mouentium malorum opere, sicuti par est, discernatur, tum res ipsa declarabit Deum quidem sic agendo alios ex suis exercuisse ipsorum bono: alios sic castigando eruditissime ad salutem: malos autem Satanæ & suis concupiscentiis mancipatos, & magis ac magis inexcusabiles redditos ad iustum existimatum ita perduxisse. Quæ quum ita sint, viderit D. Andreas, quo iure, nihil præter impietas & blasphemias in me egregiis istis suis obseruationibus crepet. Me quidem certè non penitet diuersum pro rursus ab ipso sentire, hoc ipsa flagitate veritate, cui testimonium perhibens August. toties à me citatus in Ench. ad Laurent cap. ro. Aliquando inquit bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult, etiam ipse bona multò amplius, multòque certius voluntate, veluti si bonus filius patrem velit vivere quem Deus bona voluntate vult mori. Eeruntur, fieri potest ut velut homo voluntate mala quod Deus vult bona:

vt si malus filius velit mori patrem: velit hoc etiam Deus: nempe ille vult quod non vult Deus: ille vero vult quod vult & Deus, & tamen bona voluntati Dei, pietas illius potius consonat, quamvis aliud volentis, quam huius idem volentis impetas. Tantum interest quid velle homini, ut quid Deo cōgruat: & ad quem finem quisque suā referat voluntatem, ut aut approbetur aut improbetur. Nā Deus quasdā voluntates suas, utique bonas, implet per malorum hominū voluntates malas: sicut per Iudeos maleulos bona voluntate Patris Christus occisus est, quod tantum bonum fuit ut Apostolus Petrus, quando id fieri solebat, Satanas ab ipso qui occidi volebat, diceretur. Quād bona apparebant voluntates piorum fidelium, qui solebant Apostolum Paulum Ierusalem pergere, ne ibi patetetur mala qua Agabus Propheta prædixerat? Et tamen Deus hac illam pati volebat pro annuntianda Christi fide, exercēs martyrem Christi: neque iste bonam voluntatem suam impleuit per Christianorum voluntates bonas, sed per Iudaorum malas: & ad eum potius pertinebant qui solebant quod volebat, quam i per quos volentes factum est quod volebar: quia id ipsum quidem, sed ipse per eos bona, illi autem mala voluntate fecerunt. Sed qualibet sint voluntates vel Angelorum vel hominum, vel bonorum vel malorum, vel illud quod Deus, vel aliud volentes quād Deus: Omnipotentis Dei voluntas semper inuita est, quā mala esse nunquam potest, quia eriam quum mala irrogat iusta est, & profectō quia iusta est, mala non est. Item epist. 48. ad. Vincent. Quum, inquit, pater tradiderit filium, & Dominus corpus suum, & Iudas Dominum, cur in hac traditione Deus est iustus, & homo reus, nisi quia in re una quam fecerunt, causa non una est quae fecerunt? Item. Quod mali peccant, eorum est: quod peccando hoc vel illud agunt, ex virtute Dei est, tenebras prout visum est diuidentis. Hæc ille, quibus finite refutationem istam maximi momenti volui, ut futile illa quoque nonnullorum argutia refellatur, qui, huius distinctionis ignorantia, falsò concludunt ex nostra de his rebus doctrina consequi Deum malè agentibus assentiri: & obsequentes esse Deo quos tamen ut peccatores auersetur: quum non simpliciter ex eo quod vult vel non vult quispiam, sed ex volentis vel novolentis animo sit consensio vel repugnantia aestimanda.

Ad. 9.

Si absolutum decretum vocat D. Andreas, cuius executioni nullæ causæ sint subordinatae, vnde efficiatur reprobos non idēo damnari quod Deus in ipsis iustas damnationis causas inuenit, sed nudè quoniam sic ipsi libeat: fabricat sibi homo iste monstrum de quo absit ut unquam cogitauerimus. Sin verò sic appellat decretum illud æternum, cuius executioni causæ mediæ subordinatae in ipsis reprobis inhærent, & cuius causa est sola Dei voluntas: non tantum pugnat cum Apostolo illam ipsam voluntatem, & quidem tam ut ei resisti non possit, disertis & perspicuis verbis afferatur: sed etiam non longissime profectō videtur ab eo reprobo sensu.

AA. ij.

abesse, in quem tandem incident qui pertinaciter veritati relucentur. Quis enim magis insanit quam qui superius quipiam aeterna illa Dei voluntate queritur, qua res omnes, prout, & quando, & quales voluit, condidit, & eadem voluntate dispositas administrat? Qua de re loquens noster Aug. quem antea citauit lib. I. de Gen. contra Manich. cap. 3. ubi queritur inquit cur ita fecerit Deus, respondendum est, quia voluit. Quod si rogando pergas cur ita voluerit, matius aliquid queris & sublimius Dei voluntate, quod inueniri non potest. Et ad Bonifacium epist. 109. Quamvis peccata non fecerit Deus, naturae tamen ipsas, que per se ipse sine dubio bona sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorum, & in multis talia quibus esset pena aeternare addenda, quis nisi Deus creauit? quare, nisi quia voluit? quare autem voluerit, O homo tu quis es qui respondeas Deo? Et hac de re scribens non ignobilis quidam scholasticus, Sicut, inquit, non idcirco predestinavit Deus suos electos quia prescivit illos obtemperatores, sed predestinavit illos ut obedirent & crederent ex gratuitate eius mortis: si a ceteros reprobavit, non quia prouidit illos fore rebelleres, sed reprobavit illos non volens taliter misereri ac trahere illos qualiter apparet nouerat ut obedirent. Et rursus. Non est quipiam predestinatus quia est obediturus: sed idcirco est obediturus quia est predestinatus ut obedit. Par forniciter inobedientia & rebellio, et si sunt causa meritoria aeterni supplicij, non tamen sunt causa meritoria propter quas Deus permisit aut permittit voluntatem inobedientium & rebellium cadere in ipsis inobedientia ac rebellionis culpas. Quomodo sit autem intelligendum illud quod dicitur Deus neminem velle perire, sic idem August. declarat lib. ad Simplic. I. quest. 2. Idem sunt & homines & peccatores, sed homines conditione, peccatores propria voluntate: illos amat Deus, istos odit: Non igitur Deus odit Esau hominem: sed odit Esau peccatum. Licet autem Deus odio habeat peccatum tam Iacob quam Esau: tamen non eodem modo: quod illius peccatum adimat per condonationem, quemadmodum iudicat esse faciendum illis iudiciis inscrutabilibus. Et ibidem. Sic index in homine odit furtum: sed non odit quod datur ad metallum: illud enim fur, hoc index facit: ita Deus quod ex conspersione impiorum facit vas a perditionis, non odit quod facit, id est opus ordinacionis suum: sed opus in pena debita perentium, in qua occasionem sanitatis illi quorum miseretur inueniant. Denique oblatæ gratia in Christo, & verbi eius contemptum esse causam interitus illorum rebellium, quis unquam nostrum negauit? Sed illud sane non tantum falsum, verum etiam ridiculè dicitur, nisi paulo ante commemorata ex Augustino distinctione explicetur: Deum nolle eorum exitium qui Euangeliū aspernantur. Et queso, quorsum hæc omnia? Aliud enim est, ut milles iam inculcaui, causa damnationis quæ sane nota & perspicua est, quam causa aeternæ ad damnationem destinationis: cuius voluntatis profunditatem qui scrutatur, querit

querit quod inueniri non potest, & cuius adoranda non scrutanda est altitudo. Et ne queri possit D. Andreas, Prædestinationis vocem perperam à me ad reprobationis decretum detortam contra veterum & recentiorum nonnullorum sententiam, à quibus tamen in re ipsa nihil prorsus dissentio: sciat quamvis plurimum inter se distent electionis & reprobationis causæ in ipsa decreti executione, quod illi significare voluerunt qui prædestinationis vocabulum alteri tantum huius decreti membro, nempe reprobationi accommodarunt: Augustinum tamen, à quo diligenter istud discrimen fuit semper obseruatum. Enchir. ad Laurent. cap. 100. scribere non dubitasse, quod etiam illa de qua priùs disputauit contrariū eadē ē^{ta} flagitat, Deū malos iustè prædestinasse ad pœnas, bonos benignè prædestinasse ad salutem. Et lib. de Ciuit. Dei 15. Cap. 1. Duas esse hominum societas, quarum una prædestinata sit in æternū regnare cum Deo, altera æternū supplicium subire cum Diabolo. Et Fulgentium meminerit, prædestinata esse peccata & à Dco esse mortem, rectè negatē, obseruata quam suo loco tradidimus distinctione corum quę Deus rectè per mala etiam instrumenta facit: & eorū cuius ipsimē causæ sunt: librū tamen illum suum primum ad Monimum inscriptissē de duplice Dei prædestinatione, una bonorum ad gloriam, altera malorum ad pœnam.

Ad xij.

Quām absit ab omni hypocrisi Dominus Deus noster qui est i-
fa veritas, quamvis non omnes trahat quos vocat, nec semper quid
facere decrevit externa seruorum suorum voce declareret: & quo-
modo sit intelligendum voluntatis Signi & Benéplaciti discrimen
plenissimè tum ex sacrarum literarum testimoniosis certissimis tum
aliud de probatis argumentis firmissimis, paulò antè, nempe in ob-
seruationem & declarare studiavimus: ac proinde quām vana & ine-
pta sit ista occulti decreti & externæ vocationis repugnantia, quam
D. Andreas hic sonniet. Istud verò quod ait postea, eos solos vide-
licet damnari qui sese electioni in Christo reuelatæ opponunt,
quām tandem potuit à satis lani iudicij hominie proficisci? Nam
isti certè vel suæ, vel aliorum electioni sese opponunt: si suæ, ergo
& ipsi fuerunt electi, sive electioni diuinitus destinati. Quānam
autem id verè dici possit quin vel absurditas illa crassissima conse-
quatur, omnes esse apud Deum electos, quum tamen eligere dici
nullus possit qui non aliquos reiiciat: vel Deum, mutata sententia,
reiiscere partem eorum longè maximam quos antea saluti destina-
rit: vel in cuiusque arbitrio situm esse sive à natura, sive à communi
in omnes homines collata gratia, oblatum Euangeliū velle &
posse recipere: quorum primum penitus insaní fuerit hominis, al-
terum manifestè impij, tertium impurissimi Pelagiani, quartum e-
ius qui sese manifestè vniuerso Dei verbo opponat, ac præsertim
his duobus testimoniosis, Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxe-

rit eum, & non est omnium fides. Denique quis hominis istius vel inscitiam vel impudentiam in deprauandis verbi diuini testimonij patienter ferat? Christus Matth. 11. 15. & deinceps discipulos & in ipsorum persona pios omnes preparans aduersus horrendū illud offendiculū quo futurū erat ut ab ipsis malis agricolis filius nō modò nō agnosceretur sed etiā interficeretur, (quod etiā quotidie experitur Ecclesia) postquā in ea re iustum patris beneplacitū adorauit, & discipulos admonuit non omnibus communem esse gratiam, cuius faciebat illos participes pater: tandem omissis & iusto Patris iudicio relictis ceteris, omnes laborantes, id est non sibi in sua falsissima iustitia placentes, sed sub peccatorum suorum sensu, publicani illius in star, fatiscētes, & ad solam Dei misericordiam sub tanto pondere anhelantes, ad sc̄ vt vnicum illius gratiae fontem vocans, qui certè etiā omnes ad Christum vocantē veniret, præ ceteris tamen pauci essent, certum illis leuamen pollicetur. Et tamen D. Andream non pudet ad suum illud vniuersalis electionis commentum probandum, pulcherrimum hunc locum detinere.

De isto cōmentitiæ voluntatis absolutæ, ad quam veluti scopulum toties iam iste naufragium fecit, toties iam respondimus ut nos etiam huius iterationis pudeat.

Immò extremæ impudetiae plena est hæc calūnia. Nec enim dicitur causam cur impenitentes nec velint nec possint conuerti, manare à Deo qui ipsos in ea derelinquit. Quid enim esset ineptius quād id in quo derelinquitur, statuere ipsius derelictionis causā? Sed hoc dixi, quād perseveret impenitentes in sua impenitentia, non evenire quād Deus ipsis resipiscere volentibus oblistat: quoniam alioqui non esset voluntaria, sed coacta ipsorum impenitentia: sed quia per deprauatam suam naturam nolunt conuerti: sicut etiam, nisi Deo ipsos sua conuersionis gratia dignante, conuertine velle quidem nedum re ipsa possunt. Hic vero quid habet D. Andreas quod reprehendat: nisi fortasse vel cum manifestis Pelagianis negat vel conuersionis gratiā à Deo in solidū proficiunt: vel illud Velle de quo loquitur Paulus, Phil. 2. 13. ad solos electos nō pertinere. Paulus certè Rom. 8. non tantum negat intelligentiam carnis Dei Legi subiici, sed ne posse quidem affirmat. Et dicit Iohann. 12. 39. credere non modò noluisse, sed etiam non potuisse qui Christo resistebant ut futurum predixerat Isaías. Et hoc est, scilicet, vniuersam doctrinam Euangeli & Sacramentorum usum, & conscientiis perturbatis omnem consolationem adimere.

VII. Thesis. D.D. Vviremb.

Fundamenta assertionis nostræ sunt hac.

*Rom. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt,
ut per patientiam & consolationem conscientiarum spem habeamus.*

Antithes. VII. Th. Beza.

Locus ex Roma. 15. ad electorum vniuersitatem pertinet. Nec enim aliis, id est exitio destinatis & extra Ecclesiam positis Apostoli se accenseret.

i. Vniuersalis est doctrina Pauli de vnu sacra scripturæ: omnia ad consolationem hominum Peccatorum dirigunt, qui veram pœnitentiam agunt, à qua nemo excluditur, sed omnes homines ad eam invitantur.

Responsio Th. Bezae ad obseruat. D. Andree.

Quando vero cœperit ista vniuersalitas? Certè non ab eo tempore quo loquens Moses Deut. 4. gentis Israëliticæ prærogatiwas recenset: neque Deus in præfatione Legis omnes populos, nedium omnium populorum singulos compellat. Nec missi sunt ad omnes gentes, aut omnibus gentibus scripserunt Prophetæ. Non denique ad ipsa loquentis Christi tempora, quibus discipulos suos retinat extra terminos Iudeæ proficiunt: sed ad id demum tempus vetat extra terminos Iudeæ profici: sed ad id demum tempus quo repudiantibus Euangeliū Iudeis, & diruta macerie patefactum est tam diu celatum arcanum, de quo Paul. Rom. 16. 25. & 26. arcanum inquam antea tam occultum ut, licet missis ad vniuersum orbem terrarum Apostolis, peculiari visione Petrum oportuerit de sublato Gentium discrimine erudiri. Quinam igitur quod ab illo tempore incepit perpetuum fuerit? id est quod iste docet de vniuersali, non tantum omnium populorum, sed etiam singulorum hominum ad veram pœnitentiam invitatione? quod alioqui scilicet sua iustitia Deo constare non possit. Quis autem ita cæcus est ut Paulum non animaduertat eo loco de sacrarum literarum in Ecclesia fine & vnu simpliciter differere, & sese illi cætui aggregare qui solus Verbum illud pro Dei verbo agnoscit?

D.D. Vviremb.

*Item. 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri & ad agnitos
nem veritatis peruenire.*

.dicitur V. C. D. Antiph. Th. Beze.

1. Verba Pauli aperte & manifesta sunt, quibus iubet orare pro omnibus hominibus: *QVIA Deus velito m- nes homines saluos fieri. Ideoque impietas est, ab hac vniuersali promissione quemquam excludere.*
2. Non agit ibi Paulus de variis statibus hominum, sed in genere de omnibus hominibus loquitur, pro quibus orandum, maximè vero pro Magistratu, quod is plurimum in Ecclesia vel prodest, vel obesse possit, ad aliorū salutem, vel interitū.
3. Deus non absoluta voluntate voluit omnes homines saluos fieri. Sic enim omnes homines certò saluarentur. Quis enim eius voluntati resistere posset? sed restricta voluntate IN CHRISTO. Extra quem nemine vult saluare. Quem omnibus hominibus per prædicationem Euangeli, & vnum Sacramentorum offerat. Huic quisquis se opposuerit, non Dei voluntate, sed sua propria impietate, contra Dei voluntatem perit.

Responso Th. Beze ad obseruat. D. Andreae.

Antequam ad genuinam huius loci explicationem accedam, velim Christianum Lectorem obseruare quām futile sit argumentum ad istam commenticiam vniuersalitatem stabilendam, ab hac particula desumptum, quam si libet sic vbiique interpretari ut singula generum complectatur, quanta nasceretur falsissimarum absurdiratum multitudine? Deus erit ultimo die OMNIA in OMNIBVS, inquit Apostolus 1. Cor. 15. Ergo etiam in Dæmonibus & damnatis singulis. Imò, inquires, Paulus ibi agit tantum de Ecclesia in cœlis collecta. Ergo & hic videamus qua de re Paulus agat, nec longius illam sententiam trahamus. Ioh. 12. inquit Dominus, OMNIA traham ad me ipsum. Num etiam reprobos? Nequaquam certè, quum vniuersaliter intelligi non possit illud eiusdem Christi, Nemo venit ad me nisi Pater traxerit eum, in eos ipsos dictum qui tunc usque adeò non trahebantur, vt loquenti Christo non possint credere. Ierem. 31. 34. Omnes inquit Dominus me cognoscant à maximo ad minimum. Contrà Christus illam vniuersitatē ad electos restringens, Nemo, inquit, nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare Luc. 10. 22. Factus sum Omnibus omniz.

omnia, inquit Apostolus: quod quis ausit ad singula vel singulos si-
 ne exceptione accommodare, non magis quam illud, Omnia mihi
 licent? De plenitudine eius Omnes accepimus, inquit Iohannes:
 An noꝝ vero duntaxat credētes? Dictum est Abraham. Genes. 18. In-
 te benedicentur omnes g̃etes. Num verò singuli ex omnibus gen-
 tibus, quum ex ipſiusmet gente non fuerit h̃eres Ismael? & de
 Esau, & de Iudaeis dictum sit, Jacob dilexi, Esau autem odio ha-
 buit Deus, inquit Apostolus. 1. Cor. 12. 6. agit omnia in omnibus.
 Num etiam peccata in sceleratis, & quidem singula in singulis? O-
 dio eritis inquit Dominus Luc. 21. 17. Omnibus: Num etiam bonis?
 Et Luc. 6. 26. Væ vobis quum benedixerint vobis omnes homines.
 Nempe qui ex mundo sunt, cui placere se nolle dixit Paulus. Et
 quam multa eiusmodi possunt ac etiam debent passim obseruari?
 Videndum est igitur in his particulis de qua vniuersalitate agatur.
 Et notum est hanc particulam ex Hebraeorum idiotismo non mi-
 nus saepè indefinitè quam vniuersaliter accipi, ut quum dicitur
 Dominus, Omne languorem sanasse, pro quodvis languoris ge-
 nus: & Pharisæi decimare, Omne olus, id est quodus. Et nemo i-
 gnorat quam saepè synecdochias per totum pars intelligatur, &
 totum pro parte. Sic autem in illo Apostoli loco, particulam illam
 non de singulis generum, sed de generibus singulorum accipien-
 dam esse, audiamus in primis August. & quidem non verbis tan-
 tum, sed etiam certissimo testimonio testificantē Enchirid. ad Lau-
 rent. cap. 103. Sic dictum est, qui omnes homines vult saluos fieri, non quod
 nullus hominum esset quem saluum fieri nollet qui virtutes miraculorum
 facere noluit apud eos quos dicit facturos fuisse p̃enitentiam s̃ fecisset.
 Sed ut Omnes homines, omne genus humanum intelligamus, per quascul-
 que differentias distributum, Reges, priuatos, &c. que pluribus ille perse-
 quitur. Et mox Praecepit enim Apostolus ut oraretur pro Omnibus ho-
 minibus, & specialiter addiderat pro Regibus & iis qui in sublimitate
 suis, qui putari poterant fastu & superbia seculari à fidei humana sim-
 plicitate aberrare (vel potius qui hostes & persecutores erat Euani-
 gelij, & extra illius fedus, ut vidērentur digni potius contra quos
 quam pro quibus preces conciperentur) & idcirco addidit, Qui om-
 nes homines vult saluos fieri. Isto loquendi modo & Dominus usus est in E-
 angelio, ubi ait Pharisæis, Decimatis omne olus. Nec Pharisæi, & que-
 cunque aliena et omnium per omnes terras alienigenarū omnia olera decima-
 bunt. Sicut ergo hic omne olus, omne olerum genus, ita & illuc omnes homi-
 nes, omne hominum genus intelligere possumus: & quocunque alio modo
 intelligi potest, dampnaten credere non cogamur aliquid Omnipotentem
 Deum voluisse, fieri factumque non esse, qui sine ullis ambiguitatibus si in
 celo & in terra sicut & veritas cantat, omnia quocunque voluit fecit,
 profecto facere noluit quocunque non fecit. Idem lib. de Correp. &
 Grat. cap. 14. Ita dictum est. Omnes homines vult saluos fieri, ut intelli-
 -
 BB j.

gantur omnes Predestinati, quia omne genus humanū in eis est, sicut al-
 dum est Pharisais, Decimatis omne olos; &c. Et secundum hunc locutionis
 modū dictū est, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Nuquid enim qui
 hoc dixit placebat etiā tā multis persecutorib⁹ suis? Sed placebat omni
 generi hominū quod Christi cōgregabat Ecclesia, siue iam intus positis, siue
 introducendis in eā. Hac ille tū exemplis similiū locutionū, tū irrefra-
 gabili ratione quod voluntas Dei exitū suū necessariō aſsequatur,
 ſententiam ſuam confirmās, cui etiam aſſentitur Thomas i. Sum-
 mā parte, queſt.i9.art.6. & 23. queſt.art. 4. & in eum ipſum Apo-
 ſtoli locum ſcribens. Ut autem magis etiam perspicuis rationibus
 iſtud conſirmetur, quero ex quo tempore censeri poſſit Deus vo-
 luſſe ut ſinguli homines ſalui fierent. Nam aut perpetuō fuit hæc
 eius voluntas: cœpit tandem velle quod antea nollebat, & an-
 tea noluit quod poſtea voluit. Hoc autem posterius dici de Deo ſi-
 ne blaſphemia non poſteſt. Prius autem illud non tantū ipsa hi-
 ſtoria & experientia omniū ſeculorū falsū eſſe oſtendit, ſed etiā
 maniſtis testimonioſis Scripturnæ refellit. Fuit .n. vocatio Gen-
 tium quamplurimiſis ſeculis tacita, & Iudeis etiam ipſis ignota, ne-
 dum Gentibus ipſis patefacta Rom.16. 25. & alibi ſaſpe. Et quinam
 dici poſſet ſeruatas voluſſe Deus tot hominum myriadas, quan-
 diu ſruit illas viis ſuis incedere? Neque quum hæc dico Dei ſeueri-
 tam accuſo qui nulli debitor eſt, ſed hoc dico cum Apoſtolo,
 nunquam tempus fuſſe, vel eſſe, vel futurum quo voluerit, velis,
 aut voliturnis ſit ſingulorum miſereris: ſed ab aeterno pro bona ſua
 voluntate, & ea quideſi cui reſiſti non poſteſt, conſtituiſſe & quo-
 rum in Christo miſereretur, & quos in Christo induraret. Et cur
 obſecro diutiū de huius loci vera interpretatione ambigeremus,
 quum hæc vniuersalitas alibi tam perspicue, non tantū quod
 ad euentum, nequis (Sophista hic interueniat) ſed quod ad ipsum
 Dei conſilium & propositum ſeu ſeruandi voluntatem attinet: al-
 ibi quidem ad ſolos efficaciter vocatos, vt Rom.8.28. alibi ad ado-
 ptionem & electionem Ephes.1.5. & 11. alibi ad ſolos credentes, vt
 Ioh.3.16. Rom.1. 16. Ephes.1. 13. reſtingatur: et ipſe Apoſtolum hoc
 ipſo loco, Velle ſeruari & ad agnitionem veritatis venire, vt res con-
 iunctissimas inter ſe copulet: Certe quoſcumque vult Deus ad a-
 gnitionem veritatis venire, eos etiam ad Christum vocet neceſſe
 eſt. Christum autem non caro & ſanguis, ſed Deus ipſe ſolus pate-
 facit, Matth. 16. 17. idque vel arcano tantū afflatu interiore, vt
 Paulo aſcidit, vel adhibito exteriore ministerio ſuos trahens.
 Quod ſi oſtendere conetur D. Andreas, non dico ſingulos homi-
 nes, ſed populos omnes omni tempore ad Christum interiū ſuiſ-
 ſe vocatos, quis iſtam impudentiam ferat? Vocari enim interiū
 nihil aliud eſt quam fide donari, quam ne illam quidem ἀρόνατος
 omnium eſſe communem res ipſa euincit. Quantò minùs autem
 commu-

communis illa fuerit omnibus quæ electos à reprobis discernit? Sin verò de externo ministerio ista ad Christum vocatio intelligatur, ostendat nobis D. Andreas, quinam post ceterorum, excepta Abrahami familia, populorum à Deo defectionem, ad singulos populos ante Apostolorum tempora, nendum ad singulos homines missi sint qui venturum Messiam, & Prophetarum scripta explicarent. Quod enim adfert, & mox à me refutabitur, gratiam illam Israëlitis factam, debuisse omnes homines ad veri Dei cognitionem & cultum allicere, tale est ut ridiculum etiam videri possit, ut suo mox loco ostendam. Quid amplius? Omnes, id est singulos, certè si Deus vult seruari: ergo singulis brachium illud suum reuelat. At Esaias loquens de electis, omnes quidem eos vocat *Dilectos fratres*: sed addit, brachium Domini cui reuelatum est? Ergo etiam omnes trahit. Sed si omnes trahit, quorum Christus non gratia vniuersalitatem, qualiter iste constituit, ponens, sed offendiculo multitudinem incredulorum remedium, opposens, Nemo venit ad me, inquit, nisi pater meus traxerit eum? Ergo etiam Filius singulis patrem patefacit. At Christus contrarium vociferans, Ne inquit, nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et quinam voluisset Gentes etiam seruare, sui quidem illius solis Circumcisim destinari tempore, quum discipulis suis diceret, In viam Gentium ne abieritis: Matth. 10. 5. Itaque ut semel huc scriptum verbis Fulgentij lib. de remissione peccatorum 2. cap. 2. finiamus, *Ilos hic Omnes accipere debemus quibus sicut Paulus ait, dat Deus paenitentiam ad cognoscendam veritatem, qui ante finem presentis vite misericordia Dei gratis preueniuntur, ad quam sunt diuinitus predestinati per gratuitam gratiam ut conuersi non pereant sed habeant vitam eternam.* Neque ilud vera huic soli & genuinae interpretationi obstat, quod eodem illo Apostoli loco, quod de precibus pro omnibus hominibus concipiendis dicitur, de singulis etiam generum intelligendum est. Nouit enim suos Dominus, quos etiam solos vult saluos fieri. At nos contrà de aliis statuere pro certo non possumus an ad cum pertineant an secus. *Nescientes enim*, inquit August. lib. de Correp. & Grat. cap. 15. quis pertineat ad predestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus saluos fieri. Et rursus cap. 16. *Quantum ad nos pertinet qui predestinatos à non predestinatis discernere non valamus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus, omnibus ne pereant, vel ne alios perdant adhibenda est à nobis medicinaliter severa correptione.* Dei est autem illis eam facere vim, quos ipse predestinavit conformes fieri imaginis filii sui.

Ad 3.

Rursus ad eosdem seculos impingit noster aduersarius, medium illud per quod Deus illud decretum exequitur, id est Christum, ipsi decreto ad eos deum quos ipsi donat, pater, ut in ipso electos, sic per ipsum seruandos ante omnia secula subordinatum,

confundens cum illo ipso filij mittendi decreto. Deinde quod ait omnibus, id est singulis offerri Christū per prædicationem verbi, tā falsum est quām ridiculē statuitur Deus talis esse iudex qui nō lens id est inuitus (sic enim accipiat nolendi verbum necesse est) condēnet quos seruare scilicet voluerit, sed nō potuerit. At cōtrā Dominū ipse istos alloquēs, Ego, inquit, in interitu vestro ridebo:

D.D.

Vvitembo

Ezech. 18. Vt uo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & vnuat.

Anith. Th. Beza.

1. Ipsa res doctt, vni-
versalem esse, evnun-
cionē, quām inquit D.O.
MINVS: Nolo mortem
mōrientis, quisquis fue-

2. Elecio autem non contumaciter, quos Dominus intus non con-
definitur, sed in Chri-
sto, qui omnes homines

ad penitentiam vocat. Ideoque ex numero electorum sese nemo excludat, sed cum Augustino dicamus: Si non es prædestinatus, fac ut prædestineris. 3. Quo-
modo non redenerunt excusabiles si verum esset, quod affirmatis, illos ad exi-
tūm aeternū occulto & absoluto Dei decreto creatos & destinatos, & quia
Deus nō oīt illos conuerti, ideo eriam non posse conuerti? Horrenda & abomi-
nanda sunt hæc auditu in Ecclesia Christi. 4. Precatio hæc non confirmat er-
torem de occulto & absoluto Dei decreto, in daminandis hominibus, sed dicit
humanis virtibus conuersationem ad Deum fieri non posse. Ideoque gratiam Dei
implorat, OMNIBVS hominibus, adeoque yniuerso mundo oblatam.

Responso Th. Beze ad obseruat. D. Andree.

Exprobet iam nobis D. Andreas nostras quas vocat glossas pre
appendice ista (*quisquis fuerit*) qua dici nihil potuit magis repugnat
ei quod subiicit Ezechiel sed magis ut conuertatur à viis suis & vnuat:
ex quo intelligitur illam Dei voluntatē ad solos eos qui conuertun-
tur, id est trahuntur, pertinere, si de arcano illo proposito voluntas
ista accipiarur, de quo scribens Augustinus ad Bonifacium lib. 2.
cap.

cap. 9. Non omnes vocati, inquit, secundum propositum sunt vocati, quoniam multi (non dicit omnes) vocati pauci vero electi. Ipsa vero secundum proprium vocati, qui electi ante constitutionem mundi. Quod si putat D. Andreas quibuscumque prædicatur Euangeliū dari quoque illius amplectendi facultatem, sive habilitatem, (vult autem ipsi singulis sine vila exceptione hominibus Euangelium offerri, quod commentum toties iam refutavi, quantumvis tam falsum ut refutatione non indiget) queram in primis quo termino istam habilitatem concludat id est num intelligentia illam sistat, an vero longius illam porrigit, id est usque ad assensum, & ab assensu ad particularem applicationem & Spiritus Sancti testimonium quod spiritui nostro reddit: denique ad ipsos usque fidei fructus & persuerantiae donum. Et quod ad intelligentiam quidem attinet, si putat D. Andreas illius facultatem singulis diuinitus offerri per verbi prædicationem: etiamsi largirer singulis offerri Euangelium (quod nonnisi ridiculè affirmatur) tamē falsitas eius dicti ex re ipsa appareret. Quotus enim quisque est ex quamplurimis auditoribus, qui reperitis etiam concionibus non dico melior sed doctor euadatur? Nempe, inquiet aduersarius, quia non vult. Nec ego vero auditorem vel negligentiam vel contumaciam excuso. Sed quid si ne velle quidem potest? Natura enim, ut omnes sunt homines post lapsum, Apostolo teste, ne cogitare quidē quisquā potest, nēdū discere, vel per se vel ex alio, quam ex Dei spiritu, quæ Dei sunt. Quod si gratia vniuersali datur omnibus ut possint velle, quid sit ut non omnes qui possunt velint? Annon quod alia etiam gratia opus fuerit, ut id ex ipsa velint discere & intelligere quod illis tantum datum est ut possint intelligendo discere? Et certè hoc extra controversiam est, non apud Pelagianos, sed apud Christianos omnes, nullam primā gratiam posse esse efficacem nisi secunda illam comiretur. Hæc autem secunda gratia, qua sit ut d'ūapic illa & i[n] a[re]o[n]e oblata energiā suam exerat, si communis singulis esse statuatur, absurdissimum illud & falsissimum necessariò consequetur, nullum esse hominem qui salutis nostræ mysterium non reipla intelligat. Sin vero non est communis communis (sicut certè paucissimis præ aliis donatur, & quidem nonnullis ad suam ipsorum perniciem) iam statuetur natura sint surdi & cæci, causa certè non ipsius surditatis & cæcitatis, sed cur hanc surditatē & cæcitatem in aliis sanet, in aliis non item, in ipsis non inuenietur: sed tota est, citra ullum vitium, ex eius voluntate qui quoru[m] vult miseretur, & quos vult inducat, protulit ab æterno illi vitum est. Verissimum est enim istud quoque Augustini, Certum est nos velle quam volumus, sed ille facit ut velimus, Philipens. 2, 12. Et certum est nos facere, quam facimus, sed ille facit ut faciamus, Ezech. 37, 26. Itaque cogitur noster aduersarius etiā

commentitiam illam vniuersitatem primæ gratiæ illi concedere, tamen ad inæqualitatem secundæ gratiæ deuenirem. Quod si vltetruis pergamus, nempe ad assentiendi id est veritatis per intelligentiam perceptæ probandæ & agnoscendæ gratiam, rursum istud donum, paucioribus etiam quam superiorius utrumque dari comperietur. Quam enim multi Diabolica rabie veritatem etiam cognitam, contra conscientiam oppugnant? Quod si vltetruis pergamus usque ad illius veritatis gustum, quo fit ut credens sibi peculiariter applicet Euangelicas in Christo promissiones: rursum ad pauciores hoc donum restringetur. Quam enim multis est amara illa veritas, addeo ut illam ne mandere quidem sustineant: & ex iis qui cibū hunc deglutiūr, quam nulli illū tamen non concoquunt? Et hæc est fides illa ἐποπτευτικός. Deniq; si ad ipsum usq; terminum, quod superiora illa omnia dona spectant, perueniamus, quo fit ut verè simus & esse perseveremus unus cum Christo Spiritus: hoc illud est donum, quo facti ad decus & verè Christo dati & per misericordiam salvandi, à cæteris ad dedecus & iustum exitium factis discernuntur. Vobis enim, inquietabar, discipulis suis Christus, Datum est nolle mysteria cœlorum, illis verò non item. Sunt enim abscondita, ut idem inquit, à sapientibus: nec in aliis quam in suis Deus operatur ut velint: nec Spiritus ubique, sed ubi vult spirat: nec omnibus filiis sed quibus voluit, patre reuelat: nec alij possunt credere quam quos Pater trahit: nec alij audiunt quam quibus dantur aures ad audiendum: nec alij credunt, quam ad vitam prædestinati: nec aliis datur ut fiat filii Dei, quam qui nō sunt nati ex sanguinibus: nec est volentis aut currentis, sed miserantis Dei salus. Et hæc quidem illa est doctrina, quam audet noster aduersarius manifestè impiam & abominandam vocare.

Sed ex illo præterea libens quæsiuero, quam tandem particulam in hoc Ezechielis loco inueniat unde possit indefinita in vniuersalem mutari, quum, ut paulo ante respondens ad locum ex 1. Timoth. 2. ostendi, particulæ etiam vniuersales expressæ, sape modò ad credentes, modò ad solam Ecclesiæ vniuersitatem, ut, Omnis caro videbit salutare Dei, Omnes erunt docti à Dco, Effundam de Spiritu meo super omne carnem, Subleuat Deus omnes corruentes, & similia plurima: modò ad sodalitium impiorum restringantur, ut Nemo accipit testimonium eius, Erunt odio omnibus hominibus, Omnes querunt quæ sua sunt, cuiusmodi infinita penè possent proferri? Sed istis sanè nihil fuisset opus, nisi nos aduersariis huc adegisset. Hoc enim loco Ezechiel non de illa voluntate Dei arcana & ne electis quidem, quod ad alios certo dignoscendos attinet patefacta, sed de ea demum loquitur quæ per prædicationem verbi toti Ecclesiæ cœtui patescit, in quem etiam ad tempus reprobi colliguntur: & cuius prædicationis auditu, in electis quidem
creaturis

creatur fides per Spiritum Sanctum, cateriverò magis ac magis inexcusabiles, & suæ ipsius conscientia testimonio conuicti coarguuntur: de quibus hic propriè agit Ezechiel. Quām autem nulla ratione hinc colligi possit Deum efficaciter velle omnium salutem, etiamsi concederem omnibus Vniuersaliter Euangelium prædicari: saltem infantes plurimi demonstrant extra Christum pereuentes, vt copiosè declarat Ambros. de vocatione Gentium lib. I. cap. 5. & præterea quoque tam multi qui stulti & surdi nascuntur, & tota vita sua nunquam rectum iustumque rationis usum habent. Itidem que quod multi aliquandiu honestè transacta vita tandem pessimo fine intereunt, & cōtrà qui perpetuò in flagitiis vivunt, repentina tandem fide ac pœnitentia donati seruantur: in quibus exemplis quinam dici potest Deus efficaciter illorum omnium salutem voluisse?

Denique, quum satis supérque vel sola illa vitiositas originalis faciat vt omnes nascantur ira Dei obnoxij, quorsum laborant isti de ista vniuersali gratia, cuius contemptus tam sit ad Deum in reproborum damnatione iustificandum necessarius, vt iniustus aliqui, imò, etiam crudelis videri possit? quamuis certè non negem ad illam corruptionem natuam quæ ad perditionem sufficit, accedente naturalis *ωντρόσεως* de qua Paulus Rom. 1. disserit, violacione, duplicitate fieri homines æternæ mortis reos: ad quæ si accesserit Euangelij contemptus, longè grauissimam damnationis pœnam si homines sibi accessere quis dubitat?

Quām multa, quæso, in tam paucis partim extrā rem, partim falso dīcta? Absolutum iste perpetuò vocat decretum ipsum Prædestinationis, quasi nos illud absque Christo, & separatim spectemus. Nam, vt in illa disputatione de Christi persona sæpe ostendimus, ita hic quoque D. Andreas putat quicquid distinctè consideratur, etiam separari. Res autem ita se habet. Prædestinationis decretum & eius executioni subordinatas causas medias, ipsamque adeò executionem nunquam separamus, sæpè distinguimus, interdum coniungimus, præcunte nobis Dei verbo & ipsa ratione flagitante ut hæc interdum per se, interdum quatenus coherent spectentur. Sic dicitur nos elegisse Deus ante iacta mundi fundamenta, nempe æternō illo decreto distinctè & velut intra ipsum Dei finum considerato, de quo scribens August. in psalmum ultimum, *Prædestina-*
tionis, inquit, *nosta non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius presentia.* Tria, vero reliqua in nobis sunt, *Vocatio, Iustifi-*
catio, Glorificatio. Sicut autem, hac seruata distinctione, nos à Deo in ipso prædestinati, minimè quidem separamur, sed distinctè consideramur ut vocati, iustificati, & tandem glorificandi, ut ita præde-
stinating à prædestinatis, & decretum à causis executioni subordi-
natis, ipsaque adeò executione discernatur; sic etiam Filius apse Dei

dupliciter necessarium in hac disputatione consideratur. Quatenus enim est unus cum Patre coeternus Deus, & secundum quod Verbum est Dei, Deus apud Deum, & habita illius aeterni propositi persone considerati ratione non est praedestinatus, sed cum patre & Sp. S. praedelinator: & sui ipsius ut hominis futuri, & omnium a Patre in nos conforendorum, ipsarumque adeo causarum mediarii coordinato: quatenus autem homo est, non tantum est & ipse praedestinatus & subordinatus, (idque gratis ab aeterno) sed etiam ut omnium ad vitam aeternam praedestinatorum futurum, singulorum videlicet suo tempore in ipso seipso eligendorum, vocandorum, iustificandorum, & tandem glorificandorum caput. Hoc autem in aximi momenti discrimen qui vel ignorant, vel non obseruant, omnia in hac per se perplexa tractatione inuoluunt, & tum sese tum alios in auia secum abducunt. At Augustinus, cui a Pelagianis vexata Ecclesia debet veram & attentis omnibus perspicuum huius mysterij explicationem, ut illam de qua dixi inter decretum ipsum, & subordinatas eius executioni causas distinctionem accurate in epike obseruat: sic etiam duplex istud Christi, modo ut praedelinato: & praedestinati, plurimis locis, discrimen notat ut lib. de praedest. Sanctorum 1. cap. 15. & lib. 2. c. 24. plenè demonstrat. & Tract. in Ioan. 17 perspicue definiens, *Priusquam inquit hic mundus esset, neque nos eramus, nec ipse Mediator Dei & hominum ipse Iesus Christus.* Et mox. Nemo regulam fidei intuens *Filium Dei negaturus est praedestinatum qui negare eum hominem non potest.* Reclie quippe dicitur non praedestinatum secundum quod est Verbum Dei, Deus apud Deum. Ut quid enim praedestinaretur, qui iam esset quod erat, sine initio, sine termino sempiternus? Illud enim praedestinatum erat quod nondum erat, vi suo tempore fieret quemadmodum ante omnia tempora praedestinatum erat ut fieret.

Aliter igitur Christus consideratus est ut causa praedestinationis efficiens cum Patre & Spiritu Sancto: aliter ut primum ipsius Praedestinationis, de seruandis per misericordiam in ipso electis effectu. Quod igitur hoc loco D. Andreas de Christo scribit, si in Christo considerat ut praedestinatus: ineptissime putat sic tolli quod est contrario sic statuitur: nepe decretum illud quod ipse absoluta inuiditasse & falsò vocat, nos autem occultū dicimus, quia sola Dei voluntate nimirum, ad cuius altitudinem ipse Apostolus obstupescit: & quoniam donec nobis per Spiritum Sanctum detur mentem Domini tenere 1. Cor. 2. 16. & Esai. 45. 3. quasi in sinu Dei latet, ut paulo ante ex Augustino declaravimus. Sin vero Christum considerat ut praedestinatur & praedelinato: caput, tum sane facit D. Andreas quod constuevit, id est, decretum illud à subordinatis illius decreti causa non distinguit.

Quod autem postea subiicit, omnes videlicet homines a Christo ad penitentiam vocari, ne de externa quidem vocatione verum esse

esse, si de singulis personis, ut iste vult, accipiatur, non tantum falsò sed etiam ridiculè affirmari millies iam ostendimus, & res ipsa ab omni penè æuo testatur. Nec certè Christus omnes, sed multos vocari dixit Matth. 20.16. Internam autem vocationem, quæ præordinationem ad vitam æternam necessariò sequitur Act. 13.48. & 22. 14. sive apertiorum cordis Act. 16. 14. sive tractionem Iohan. 6.44. de qua loquens Christus, *Omnis, inquit, qui audiret à Patre meo & dicit, ad me venit.* Ioh. 6.45. quis Christianus ignorat?

Denique quòd ad istud attinet, *Si non es prædestinatus, fac ut prædestineris,* quis non miretur ab isto proferri potuisse, quod non ignorat non à vero Augustino petitum, sed ex impurissimis Pelagianis haustum, nobis etiamnum hodie à Semipelagianis sorbendum impudentissimè propinari? Quis enim non videt, sic incertam cuiusvis Prædestinationem statui ad extremum usque halitum? id est unicam nostræ πληροφορίας basin sic penitus eucri? Nam quando tandem quispiam statuet se effecisse, ut ex non prædestinato fieri prædestinatus? scilicet postquam Legem impleuerit, id est se impetraverit somniauerit. Quum autem fides in solam Dei in Christo gratiam feratur, & non nisi secundum propositum prædestinatis & vocatis detur. Rom. 8.28. & Eph. 1.5. quinam id fuerit prædestinationis causa efficiens, cuius est effectum? Deinde si faciendo prædestinationem impetramus, certè ex meritis vel præuisis vel præsentiibus dabitus, quum è contrario testetur Apostolus electos esse nos & vocatos, non quòd iam sancti essemus, vel essemus futuri, sed ut sancti fieremus: nec sit electio eius qui velit, vel qui currat, sed misericordia Dei, quod millies verius Augustinus aduersus Pelagi. obseruat. Et quæso, quid erit non esse prædestinatum? Nempe media cuismadam esse conditionis ab hominis voluntate & operibus suspensa, utpote in cuius arbitrio sit positum, vel prædestinari, vel non prædestinari. Age igitur, manifestè ad Pelagianos deficiant quicunque cum D. Andrea non certè Augustinianam sed ab Augustino fortissime integris etiam libris oppugnaram sententiam illam ut veram usurpabunt. Quod si libeat illam emollitam ad orthodoxæ fidei ab ipso Augustino defensæ canonem reuocare, tum sanè minimè nobis aduersabitur. Erit enim non ad Deum ipsum sed ad nos, neque ad illud Dei decretum in ipsius sinu ab æterno conceptum, sed ad eius nobis in Euangeliō patefacti sensum & agnitionē referenda: sicut nos Petrus admonet, ut nostram electionem & vocationem firmam efficiamus: non certè in Deo qui seipso solo innititur, sed in nobis crescentib. videlicet in fide & ad finē adducētibus sanctificationem nostram in timore Domini. 2. Corinth. 7. 1. iuxta illud 1. Iohan. 3.10. Per hoc manifesti sunt filii Dei & filii Diaboli, quod quisquis non exercet iustitiam non est ex Deo, & quisquis non diligit fratrem suum. Num verò nos prædestinationis nostre patefactionem in-

illo occulto Dei decreto, ac nō potius in Dei verbo, vt auribus nostris per hominum ministerium insonante, sic per Sp. Sanctum eorum pullante & illud aperiēte, atque adeò in illud se se insinuante quærendū docuimus? Neq; à Prædestinatione ad medias causas descendendū esse dicimus: sed contrà ex effectis, nempe ex Sanctificatione, sive Dei fructibus ad fidem, à fide ad Iustificationem, à Iustificatione ad Vocationem ex proposito, & ab hac tandem ad ipsum aeternum & immutabile prædestinationis propositum ascendere nos in grauissimis presertim temptationibus oportere: vnde certa illa nostra glorificationis spes, quæ nunquam confundit: immò πληροφορία: immò καύχησις, exemplo Pauli Rom. 8. à 31. versic. ad finem usque nobis prævenitis, in animis nostris fodetur. Sed aliud est de ipsa Prædestinationis doctrina quam de ipsis usu & applicatione differere: quas duas questiones prorsus diuersas qui commiscent, magnas huic tractationi tenebras offundunt.

*Neque naturali necessitate peccandi, neque necessario, tum in electis,
tum in reprobis, prædestinationis aeterna euentu excusari
peccata, vel tolli contingentiam.*

Immò, horrendum & abominandum est auditu in Ecclesia Dei ^{Ad 3.} dogma, quo statuitur vel posse fieri quod Deus fieri nolit, vel non posse fieri quod Deus fieri velit: quod si pietas & veritas ipsa ut impium condemnat, consequitur id demum fieri quod Deus fieri velit, & nunquam fieri quod fieri nolit: à quo si quis excipiat damnatorum sive damnatorum exitium: tantudem Deo detraxerit. At non illud dico, inquiet D. Andreas, sed hoc nego ex absoluto illo decreto quod Deo tribuitis evenire. Quasi verò nos ullum tale absolutum decretū, quale ille somniat, Deo assingamus: quo videlicet fiat vt ex unica sua voluntate quenquam damnet. Nam è contrario simul illum ab aeterno iudecuisse dicimus, & quos, & per quas causas, non in ipso decernente, sed in ipsis perdendis insecuras, sit suo tempore perditurus, quos decreuit nonnisi iusto iudicio & perditionem commeritos perdere. Quod si D. Andreas omnes atque adeò singulos posse velle credere imaginatur, hoc certè vel naturæ in solidum, vel partim naturæ, partim gratiæ, vel soli gratiæ tribuat necesse est. Si naturæ soli, age transeat apertere ad Pelagianos: si partim nature, partim gratiæ, beat ad Semipelagianos Sophistas, & cum Jesuitis transfigat, ne à senioribus quidem Scholasticis admittendus. Sin verò soli gratiæ, sit igitur deinceps nobiscum Orthodoxus, & gratiæ istam præterea destinat universaliter facere. Consequeretur enim (quum Trahere, vt rectè ab August. explicatur, nihil aliud sit, quam ex nolente per naturam, facere volentem per gratiam.) Omnes trahi, siquidem datur omnibus

nibus ut possint velle credere: & rursum omnes ad Christum non tantum venire posse, sed re ipsa venire, testante Christo ad se venire omnes eos qui audiuerunt & didicerunt à Patre. Audierint enim profectò & didicerint à Patre, quibuscumque datum fuerit Filium nosse, & velle posse in ipsum credere. Quid igitur fiet aliis Christi verbis, quibus testatur, non omnes, nedium singulos, Patrem nosse, sed eos demum quibus ipse illum patefecerit Matth. 11.27. Philip-pens. 3.15. & alibi passim? & non tantum non credere, sed ne crede-re quidem posse, quibus brachium Dei non fuerit reuelatum? Ioh. 12.39? & non modò non venire, sed ne posse quidem venire, quibus non fuerit datum à Patre? Ioh. 6. 65. Voluisse verò vñquam Deum seruari mundū, id est, vñquā trahendos sive fide donādos, pro qui-bus ipse Christus se non rogare patrem testetur, quibus tandem fani iudicij hominibus D. Andreas persuaserit? Sed hic audire mihi videor occurrentes mihi, & cum Pelagianorum reliquiis clamitanter, eut ergo damnantur quinon credunt, si credere īcirco non possunt, quia Deus nolit illos conuerti? Quasi verò hēcad non credendum & se se Deo non subiiciendum naturalis, & vni Deo per gratiam sanabilis habitudo, sit vel à naturae creatione, vel ab eo quod Deus, qui nulli est debitor, nolit eos gratia conversionis do-nare: ac non potius ab illa vna spontanea & voluntaria, quamvis non præter Dei voluntatem, defectione à primis illis nostris pa-rentibus in nos propagata emanarit, quā testatur Apostolus Deo non modò non subiici, sed ne subiici quidē posse. Rom. 8. 7. Quod autem huius necessitatis loco Sophistæ imbecillitatem tantum quandam substituunt, ne refutatione quidem indiget, quum tota scriptura nos per peccatū non tantum vulneratos sed etiā perem-pro dicat: & veterem hominem non refocillari vel adiuuari vt affirmum, sed vt feram & truculentam bestiam maestari ac penitus aboleri oportere. At enim, inquiet rursum nonnulli, si hēc fuit Dei voluntas vt in hanc necessitatem se se & omnes suos posteros præcipitaret Adā, cui necessitati nihil potest resistere, quid habet Deus de quo conqueratur? Respondeat pro me Apostolus, O altitudo! Cui respōso qui non acquiescit, se se quandiu volet suis illis deliriis discruciet, nūnquam inuenturus quod nūquam est, vt iam ex Au-gust. ostendimus, & veritas ipsa dicitat, quum nihil sit sublimius Dei voluntate. Et si quis excipiat, Apostolum ibi non agere de Adami lapsu, sed de reproborū damnationis causa, quam effugere nō potuerint si quos vult Deus indurat, verum quidem assumpserit, sed nihil contra nos concluserit. Nam Dei voluntari non magis eximi potest primus ille lapsus, quām necessitas inde cōsecuta, quæ & Adamum, & omnes eius posteros inuoluit. Apostolum autem eōusque nos deducere vt inde stultam sapientiam hominum abominari discamus ex eo quoque manifeste appetet, quod Deum cū CC ij.

sigulo, humanum genus cum massa, non humani generis conditi sed ita condendi comparat, ut alia inde vasa ad decus, id est ad vitam æternam, alia ad dedecus nempe ad exitium sempiternum faciat, id est nasci iubeat: cui discrimini, nisi duorum illorum qui ex illa luti massa primi ut stirps totius humani generis conditi sunt, spontanea mutatione interueniente, locus nullus esse potuit. Cæterum absque eo ut in istam altissimam abyssum ingrediamur, immò ut illi superstruamus quod verissimum est: inde quoque istorum hominum error, quibus ab iniustitia vindicari Deus videtur non posse, si quis necessariò perire statuat quos ab æterno iuste perdere decreuit, triplici quoque ratione conuinci potest: una, quod posito nullum hic Dei decretum interuenire, abrogabitur Deo æterna ipsius prouidentia, quæ à primo demum hominis lapsu inchoabitur: altera, quod nisi, sicut rectè loquitur Augustinus, Dei voluntas statuatur esse, sensu quidem, (ut in scholis dicunt,) composito, rerum omnium necessitas, abolebitur iphius Omnipotentia: tertia quoniam si voluntatis eius euentus ab illa secunda causa ut fundamento suspendatur, tota causarum omnium series inuertetur, ita ut non secundæ causæ à prima, sed prima à secundis pendeat: quæ omnia absurdissima, falsissima, impia denique sunt.

Quid igitur? Voluntatis Dei appellatione nonnunquam declaratur Lex & Euangeliū: illa quidem quod in ea patefaciat, quid ut benè & rectè factum prober: quid ut malè & peruersè factum improber: idque præcipiendi & prohibendi forma, non quod aut præceptis illius auditis obsequi, aut ab ipso interdicta vitare velle, nedū re ipsa præstare homines natura possint: sed ut ita quidnam & ipsi Deo, & proximo debeat, expressius etiam quam ex Lege naturali intelligentes, magis ac magis conuicti teneamur. Euangeliū autem consilium illud Dei per Prophetas promissum, & suo tempore ab ipso Christo exhibitum declarat, quo unico constituit homines, in ipso videlicet Christo per veram fidem apprehenso seruare. Et hæc quidem utraque voluntas iampridem est patefacta & quotidie patescit, nec tamē vniuersaliter id est sine exceptione singulis populis nedū hominib. sed promiscue & indefinitè his vel illis, prout ipsi licet in umbra mortis positis, ut loquitur Esaias, apparere. Quia autem voluntatis Dei appellatione illa Prudentia Dei partem intelligimus qua res omnes humanas, ipsosq; adeò homines singulos, causis omnibus secundis & carundem motibus ac effectis huic suæ voluntati exequendæ subordinatis, ad ultimum illum finem, id est ad gloriam suam Solomone teste, alios quidem per misericordiæ, alios per iudicij viam adducit: illam solemus occultam & arcanam duabus de causis præcipuis vocare: nemp̄, tum quod à mero ipsius beneplacito, cunctis etiam Angelis inscrutabili & adorando, proficiscitur: tum quod nonnisi à posteriore, ut in scholis loquuntur, id est ab effectis dignoscatur. Hæc autem præ-

destinatio neque à secundis causis, inter quas præcipua est humana voluntas, afficitur, sicut somniarunt Stoici, & adhuc imaginantur qui præuisam fidem & eius fructus faciunt decreti electionis causam, & vicissim præuisam incredulitatem & impenitentiam decrei reprobationis causam esse contendunt: sed illas duobus diversis modis mouet & afficit, nunquam tamen voluntatem humanam cogens, quoniā ubi coactio est, nulla est voluntas propriè sic appellanda. Itaque quam de iis agitur quorū misereri vult, quoniā eius beneficij particeps esse homo non potest nisi Dei promissionibus credens, hominis autem voluntatem inuenit, non modò non dispositam ad credendum, sed etiam penitus Euangelio repugnantem: idcirco pro singulari sua bonitate mentem ad admittendam Euangelij lucem præparat: cor lapideum emollit: interiorē denique totum hominem innouat, formans in illo nouum Velle & Facere in Christo, per fidem gratis itidem in ipso formatā apprehenso. Nam, ut præclarè inquit Augustinus, certum est nos velie quum volumus, sed ille facit ut velimus. Et certum est nos facere quum facimus, sed ille facit ut faciamus, prabendo vires efficacissimas voluntati quam fecit. Electos igitur Deus non inuenit, sed facit, ut idem inquit alibi. Ad alios autem quod attinet, inueniens illos corruptos, & ab ipsa natura spontaneo illo primorum parentum lapsu depravata, ad ultimum exitium iam pronos & penitus comparatos, quorsum illorum voluntatē ad malè agendum cogeret ad quā ipsi sponte sua feruntur? quorsum nouam illis malitiam instillaret, quum nullius mali author esse possit qui est ipsa bonitas, & vel sola nativa corruptio instissimam exitij sempiterni causam præbeat? Prout tamen ipsi libet malam illam voluntatem, non tam regit & frænat, sed etiam mouet & inclinat, tum ad seipsum obdurandam, tum illam modò ad exercendos, modò ad castigandos suos, modò ad malos inter se committendos, iuste semper & sapienter adhibens. Neutrobi verò falli quum possit nec mutari qui est omnipotens & immutabilis, efficitur omnino, quum necessarium definiatur id esse quod aliter se habere non potest: necessariò quoque seruari saluti destinatos, idque per misericordiam, & necessariò perire exitio destinatos, idque per ipsorum vitium. Ita verò necessitas euentus diuinæ & in his & in illis prædestinationis, quum nullam vim afferat neutrorum voluntati (nam & bonorum voluntas quatenus est per Dei gratiam à seruitute peccati liberata, sponte ad bonum fertur: & cæterorum itidem voluntas in sua virtutate manens & crescens, itidem sponte ad malum præcepserunt) qua tandem ratione vel illi de liberrimè illius bene agendi necessitatibus, vel isti de ea in qua serui nati sunt, peccandi necessitate conquerentur? Nam quod ad illam priorem quam vocauimus liberrimam necessitatem attinet, ea certè est vera libertas, & nihil a-

liud quām instauratae in electis Dei inchoatio, sicut Deum ipsum dicimus necessariō bonum esse, nec mentiri, nec mori posse, cuius certē voluntati propterea nihil detrahitur, potius asseritur. Sed & ex aduerso necessitas peccandi, spontaneum malæ voluntatis motum non tollit, sed ostēdit. Quinam enim aliter mouere se posset mala voluntas quām male? Hoc autem ut planiū etiam intelligatur, ne ῥο' ἐρδε ρωνον quidem sic tolli ista decreti diuini necessaria firmitate & certitudine sic demonstratur. Prouidentia Dei quares omnes & singulas sine vlla exceptione administrat, secundas causas non tollit sed ponit, ideoque rerum naturas non mutat, sed quāmque rem pro natura illius determinat. Est enim Deus conditor tum rerum omnium quæ existunt, & modorum quibus existunt. Et quām duo sint isti modi, necessitas videlicet & contingētia, vtrāque sic determinat, vt nō tantūm necessariō, sed etiam necessaria ex causa, & quæ aliter se habere suapte natura non posset, eueniat quod decreuit vt tali necessitate eueniret. Et vicissim quēdā sic definiuit, vt necessariō quidē quod decreuit eueniat, quatenus ipse nunquam falli potest, at non tamen necessaria ex causa, sed contingētia, quæ videlicet decreuit vt contingenter euenirent. Quod agendum distinetē in Adamo primum: deinde in omnibus ipsius posteris ostendamus. Adamum igitur ante lapsum dubium non est voluntatem habuisse bonam, sed vt res ipsa ostendit, mutabilem. Potuit igitur naturalibus suis viribus Satanæ suggestioni obsistere, nondum introductis in hominis voluntatem concupiscentiis. At quāuis in alterutram partem flexibilis esset hæc voluntas quod ad ipsam δύραπιν & facultatem volendi attinet, tamen vtrunque eligere non potuit, sed tantūm alterum. Voluntas autem non coacta, sed sua vnius sponte, non necessariō, sed contingenter in partem illam inclinavit quæ erat à Deo determinata, cuius proinde necessarius quidem fuit euentus ex causa remota, nempe Predestinatione Dei: contingens verò ex propinqua causa contingētia, cuius quū sp̄otaneus fuerit motus, tota culpa in eo h̄esit qui sponte lapsus est. Notum enim est τὸ ἀνέστον non opponi τῷ ἀνεγκαίῳ, sed τῷ βιαιῷ, quoniam quamvis ipsius ἀνεστίς Adami, facultas in se qualis est considerata fuerit in alteram partem flexibilis, tamen actio ipsa non vtcunque sed in alteram demū partem ferti necessariō pottit quam sponte delegisset: eam autem elegit contra conscientiam quam eligere non debuit. Ad posteros autem Adami quod atrinet, depravata eorum voluntas, tunc quoque à vero abbreviante ipsorum mente, quum aliquod tantūm boni & veri simulachrum intuetur, (de iis enim hic ago quæ ad officium conscientiae erga Deum & proximum spectant) nunquam inter verè bonum & malum deliberat, sed vel inter illa quæ speciem quidem habent boni, (cuiusmodi sunt Philosophia omnes morales virtutes) sed

(tes) sed verè bona non sunt, quamvis alia longius, alia propius à
vero bono absint: vel inter illas virtutes & vitia verè & penitus
mala vel denique inter hæc vel illa vitia deliberantes penderet: &
utramvis partem elegerit, non potest aliud quām peccare. Sed
rursus quum in alterutram partem habeant quoque flexibilem il-
lam seruilem & peccato mancipatam utrinque libertatem, itidem
in eam semper partem sponte inclinant quam Deus ab æterno
determinauit, prout etiam Deo visum est efficere ut ipsi spon-
teferantur, efficaciam Spiritui erroris & ipsorum concupis-
centiis tribuenti. Vnde consequitur infallibili Prædestinationis
euentu contingentiam voluntatis minimè tolli. Hoc autem ut ma-
gis etiam liqueat, certis etiam exemplis ostendamus, Prouidentiæ
Dei, quamvis certa & immota determinatione mediарum causa-
rum naturam non mutari. Christum mori citius potuisse quām
mortuus est quis neget, si spectetur in seſe aduersiorum ipsius
potestas & malenolentia? Hora igitur illa à patre determinata, non
aſi contingenter, quod ad autores ipsius mortis attinet, mortuus
est, quibus, quod ad ipſos attinet, tum quoque quum illum interfici-
cere statuerunt, licuit mortem eius, ut antea, differre: quod ad Dei
verò determinationem attinet, nec citius nec tardius, nec alio lo-
co, nec alio mortis genere occidi potuit: sed tum demum quum
aduenit ipsius hora, conuenerunt Herodes & Pilatus ut facerent que-
cunque manus & consilium Dei predefinierat ut fierent. Actorum. 4.
28. Sicsi naturam ossium Christi speſtes, & quid carnificibus quales
in ſeſe fuerūt licuerit cōſideres, illa frangi potuisse quis neget? Quia
tamen alterutrum tantum eligere potuerunt carnifices, & vltro,
quamvis inſcienter, ad id inclinarunt quod Deus ante omnia ſe-
cula determinatum prædixerat: idcirco ex Dei quidem ordinatio-
ne fieri non potuit ut frangerentur, ac proinde necessariò integra
manerunt: sed ex media cauſa, id est carnificum voluntate contin-
genter fracta non fuerunt. Reſtē igitur August. aduersus Cicero-
nē eruditissimè hac de re disputans lib. 5 de Ciuit. Dei cap. 9. poſt-
quam & Stoicorum fatum refutauit, quo contingentia omnis tol-
litur, Epicureorum quoque omnem prouidentiæ certitudinem
tollentium inſianam redarguit: & cuius verbis totam hanc dispu-
tationem finire placet, Non eſt, inquit, conſequens ut si Deo certus eſt
omnium ordo cauſarum, ideo nihil ſit in noſtro voluntatis arbitrio: Nam
& ipſa noſtra voluntates in cauſarum ordine ſunt, qui certus eſt Deo, e-
iſque præſcientia continentur, quoniam & humana voluntates, humano-
rum operum cauſa ſunt. Item. Voluntas noſtra tantum valent quantum
eas Deus valere voluit ac præſciuit. (En præſcientiam cum voluntate
ſemper coiunctam) & ideo quicquid valent, certissimè valent: & quod
ipſa omnino facture ſunt quia volituras ac facturas ille præſciuit, cuius
præſcientia falli non potest. Item, Si definitur illa eſſe neceſſitas ſecundum

quam dicimus ut ita sit aliquid vel ita fiat, nescio cur eam timeamus ne nobis libertatem auferat voluntaris. Nec aliter etiam hac de re sensit Thomas scholasticorum eruditissimus i. quæst. 22. art. 2. ad l. & 23. quæst. art. 4. ad l.

Conuersionis certè donum nihil ad reprobos pertinet, sed si proprium est saluti destinatorum, falsissimum est, ac etiam ridiculum dicere Deum velle ullos alios quam illos conuersti, vel negare Deum nolle cæteros damnationi destinatos conuersti. Quād magis autem ridiculum est, affirmare audere conuersionis donum omnibus, id est ex sententia D. Andreæ singulis hominibus offerri? Quasi verò alij quam quos Deus trahit petere nedum obtinere possint conuersionis gratiam, quam ipse D. Andreas rectè testatur humanis viribus fieri non posse.

D.D. Vviremb.

Luc. 24. Sic scriptum est, & sic oportuit Christum pati, & predicari in nomine eius paenitentiam, & remissionem peccatorum I N O M N E S G E N T E S.

Antib. Th. Beze.

1. Magis mirabile est, Ad locum Luc. 24. Per' omnes gentes, mi-
hoc à vobis negari, cum rabilis est glossa, intelligere singulos omnium
sit res manifestissima, populorum homines. Et si verum istud esse,
quod videlicet sub vni- tamen non de omni tempore hoc verè dici
uersali particula (o m -) etiam singuli intel posset, quum Deus ² demum post missionem
ligatur homines in om- Apostolorum omnibus gentibus voluntatem
nibus gentibus. suam saluificam patefecerit, & nunc maxi-
2. Deus iam inde ab or- mam partem orbis terrarum iusto suo iudi-
be condito, suam volun- minibus patefecit, & in consilio in tenebris versari & perire velit.
tatem in saluandis ho- omnib. Monarchiis po-
pulum Israëliticum illustrem reddidit, apud quem he promissiones conservate
sunt. Quum ergo propter mercimonia trans mare currant homines, cultus autē
Dei tam fuerint negligentes, non voluntatem Dei, aut occultum eius decretum
de damnandis hominibus, sed suam ipsorum impietatem accusare debebunt,
qui proselyti fieri & saluari potuissent. 3. Non ad occultum Dei & absolutum
decretum referri posse, quod maxima pars orbis terrarum NVNC in tenebris
versatur, sed malitiam hominū causam esse, Paulus apertè docet, 2. Theff. 2. cùm
inquit: Quia amorē veritatis non receperunt, vt SALVI FERENT, ideo misericordia
eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio. Quid magis apertè contra
opinionem de absoluto Dei decreto, in damnandis hominibus dici posset?

Responſio.

Ad 1. Responsio Th. Beza ad obsernat. D. Andree.

Reprehendi ut ineptissimam hanc interpretationem, Omnes gentes, id est singuli omnium gentium homines. Contrarium tueretur D. Andreas. Quo argumento? Res est, inquit, manifesta. Et hoc est scilicet apposite & solidè refutare Beza hæreses, impietas, blasphemias. Quinam verò per omnes Gentes intelligi possiat omnes singularum Gentium homines, quum Deus ipse, certissimus illius Abraham factæ promissionis de benedicendis in ipso Gentibus omnibus interpres, non tantum Ismaëi cum sua Gête, quoniam solus Isaac erat promissionis filius: sed etiam Esauum quoniam Idumæi adhuc in utero latentem: immo & alias quamplurimas Gentes ex Abrahams lumbis educatas, ab illo benedictionis fœdere excluderit: quibus etiam postea nullos acerbiores hostes habuit Dei populus? Sed & idem ille Deus qui omnes Gentes dixerat benedicendas in Abraham, alibi omnes interpretatur multas. Genes. 17. 4. & 5. Paulus autem toties illam Abrahami benedictionem citans & explicans, nulquam istius glossematis meminit: sed Ecclesiam generali distributione in Iudeos & Græcos, siue Gentes, tunc demum ad Euangelij participationem vocatas, ubique distinguit. Neque verò sic tollitur vslus particulae vniuersalis, quum sua quoq; Ecclesiæ vniuersalitas constet: unde illa August. commodissima distributio humani generis post conditum mundum in duas hominum ciuitates siue societates: quarum una, (inquit ipse lib. de Ciuitate Dei 1. cap. 15.) prædestinata est in aeternum regnare cum Deo: altera aeternum supplicium subire cum Diabolo. Postremo quām absurdia est & ad id de quo hic agitur nullo modo accommodata istius loci citatio? Dicuntur enim illa Christi verba, de Euangelio nouo ut omnibus Gentibus à condito mundo, (sicut D. Andreas contendit) prædicato, sed post ipsius demum Christi discensem, aliquot etiam interiectis annis, prædicando.

Hac demum obseruatione D. Andreas probare instituit suum illud falsissimum & absurdissimum commentum, quod nemo propter aliam causam, quām propter oblatam Euangelij gratiam contemptam, vel incredibilitate repudiatur, sit vñquam damnatus, ut non aliud quām suam ipsius impietatem accusare quisquam debat. Cedo verò quām solidis argumentis? Primum quod Deus iam inde ab orbe condito suam illam voluntatem de seruandis hominibus parfecerit. Concedo, & priorem illum mundum qui longos illos Patriarchas præceptores habuit à promissionis libertoris contemptu minimè absolui posse fateor. Sed nullos adhuc infantes tunc è viuis excessisse priusquam audire quicquam de Euangelij gratia possent, & in illa malorum, quos Moses filios hor-

minum vocat, periisse ausitne D. Andreas, qua solet confidentia, affirmare? Et paulatim, parentum negligentia & improbitate, omnem illius promissionis & vera pietatis apud illos prophanos memoriā, & inter ipsorum plerosque posteros obsoleuisse, qui nunquam ea de re quidquam audierint, probabilius est quam ut negari possit. Neque istud dico quasi excusationem isti mereantur, sed ut quam vana sit de oblata singulis illorum temporum hominibus Euangelij gratia conclusio appareat. Deinde, cui potius quam ipsi Deo, causas securiū diluij, Gigantū videlicet illorum vitā omnivitorū genere contaminatissimā cōmemoranti credemus? Quamvis igitur Noachi præconis iustitiae contemptus quasi cumulus fuerit superioribus omnibus sceleribus adiectus, ex illis tamen verbis liquet omnis iuris & æquitatis violationem potius quam Euangelicæ quasi singulis hominibus oblatæ gratiæ contemptum, propriam fuisse diluij causam. Sed inquit D. Andreas, *Deus omnibus Monarchiis Israëlem apud quem promissiones illæ conservata sunt illustrē reddit̄, à quo petere ut homines veritatis illius cognitionem: atque ita proselyti fieri & seruari potuerunt, quum aliqui propter mercimonia trans mare currant homines.* Et illa ruris quam ineptè, immò etiam quam falsò magna ex parte dicuntur? Primum enim agitur hic inter nos de ea ratione quam Deus in damnandis singulis, quos à condito mundo damnauit, hominibus omni tempore fit securus. Quum autem Abrahamum Dominus ab omnibus omnium terrarum familiis segregatum, Euangelico facere cum ipso & vnis ipsis posteris renouato, ex Vr Chaldaeorum educeret: notum scilicet istud mysterium fuit omnibus tunc gentibus & populis cuius cognoscendi desiderio tangi possent. Et quum postea unica Iacobī familia, 75. animabus constans, in Aegypto exulareret: scorsim in territorio Gosen collocata, licet Iosepho Aegyptum moderante, cui persuaserit D. Andreas Pharaonem & singulos Aegyptios de illo æternæ vitæ fœdere in illa familia residente certiores fuisse factos? Sed percontari, inquiet D. Andreas potuerunt, nempe siquid eiusmodi de Israëlitis audiuerint quo ad illam cognoscendam allici possent: quum potius illis euenerit quod omnibus etiam Euagelium audientibus, nisi intus à Dō trahantur: nempe ut siquid tale ad ipsorum aures peruenit, aut etiam ex Iosepho vel aliis pleniū cognoverunt, fuerit illis id omne præ sua Aegyptiaca superstitione vel offendiculo vel ludibrio. Illustris fuit autem postea redditus populus Israëliticus Chananæis & viciniis Gentibus: at non certè omnibus: ac ne Chananæis quidem ut erudirentur, sed ut territi exterminarentur. Quod si de subsecutis temporibus usque ad Christi aduentum queritur, fuerunt quidem Israëlitæ longè latèque illustres: sed insignibus miseriis & calamitatibus: quæ scilicet fuerunt egregium prophanicis Gentibus ad suam

Sicut descendam superstitionem, veram autem Israëlitarum religionem amplectendam, incitamentum. Quorsum autem plura definitis in eptissimè conclusis, quum Apostolus Ephes. i. Gentes minime testetur fuisse ista Israëlis vocatione peculiari ad fœderis æterni participationem illectas, sed contrà nihil ad illos consilium & beneficium istud Dei pertinuisse? Fuisse enim illas extra Christum, nihil cum Repub. Israëlis commune habuisse: extrancos à fœderibus promissionis: Dei denique expertes in mundo exitisse: adeò quidem ut, quamvis iam appropinquante illarum vocationis tempore diuinitus præstituto, Christus discipulos suos, in priore illa delegatione, prohibeat Gentibus aduertum suum prædicare: & illam Channitidé mulierem, quamvis singulari beneficio afficiendam compellans, panem filiorum canibus obiciendum neget. Itaque hoc ipsum argumentum tractans Apostolus Actorum 14. 17. & Rom. i. accurate explicans, nullam contemptæ Euangelij gratiæ mentionem facit: sed ex violata naturali Dei notitia & Legis nature transgressione quæ inter turpe & honestum discernit, & nulli faciēdam iniuriam dicit, iustum iram Dei toti humano generi incubuisse & incumbere demonstrat: peculiariter postea Iudeos ex beneficiis propriè ad illud usque tempus in eam Gentem collatis coarguens. Postremò, quorsum totum istud, quum inter nos non de damnationis causis notis ac perspicuis queratur, sed de ipso æterno causas illas omnes medias & antegrediente & ordinante? quod dum existimat positis illis causis tolli, in ipsum communem sensum peccat. Et sic quoque ad tertiam obseruationem responsum esto.

D. D. Vviremb.

Ioan. 3. Sic Deus dilexit M V N D V M, ut unigenitum Filium suum daret, ut OMNIS, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam.

Antithesis. Th. Beze.

Iohan. 3. appellatione¹ Mundi non vniuersaliter, sed indefinitè humanum genus intelligitur, & quidem ijs accommodata qui in ipsum credunt, dicte ipso Christo² se non orare pro mundo, sed tantum pro iis, quos dedit ei pater, & nomini ipsius credituris.

1. Manifesta verborum Christi depravatio & vocabuli (Mundi) falsa interpretatio, quam ex Scriptura Sancta nunquam probare poterit. Contrarium autem ipso Iohannes, optimus suo-

tum verborum interpres docet, quū inquit: Christus est propriatio pro peccatis TOTIVS MUNDI. Vbi non est indefinita vocula, sed vniuersalis particula posita. 2. Etsi vocabulū (MUNDVS) hic restrictum est, non tamen errorem de absoluto decreto damnationis confirmat. Nam per MUNDVM contemptores doctrinæ Euangelij intelligit, qui se Christo opponunt: pro his se orare negat Christus. Non autem sequitur, quod absolute voluntate Christus eos nolit saluari.

DD ij.

Responso Th. Beza ad obseruat. D. Andrea.

Coniungā mox cum hac duplici obseruatione refutāda cetera Ad 1. & 2.
quæ noster aduersarius in eandem sententiam à pag. 540. vsque ad
543. attulit, nihil moratus egregia illa emblemata quibus ipsi visum
est, pro egregio illo suo in Ecclesiā Dei zelo, me aspergere, quibus
se potius, quod æquos omnes lectores iudicaturos spero, con-
spuit, cuiusmodi sunt illa, pag. 542. *Falsa opinio Beze de inefficaci-
vocatione, & p. 543. Doctrina Beza de Prædestinatione in perpetua du-
bitatione relinquit conscientias perturbatas.* Et 547. *Horrenda doctrina
Beza, Christum non esse pro totius Mundi peccatis mortuum.* Et ibidem.
Hic Beza cum suis fratribus in altera mensa sedentibus risit. Et 550. *Be-
za doctrina usum Euangeli & Sacramentorum prorsus tollit: quæ quām
verè in me dicantur, iudicet Ecclesia.* Nunc de hoc loco agamus.
Status quæstionis est, An quum Iohan. 3. dicitur Deus sic dilexisse
mundum ut vnigenitum suum daret &c. singulos homines dica-
tur dilexisse, & pro iis Filium suum dedisse, quod ille affirmat, ego
de solis illis ex vniuerso mundo delectis intelligendum assueero.
Rationes autem illius istæ sunt. Prior ex collatione loci 1. Ioh. 2. vbi
totius mundi fit mentio, de quo proxima refutatione respondebo.
Altera perscripta est ex pa. 540. vbi postquam (non minus grauitate
de rebus extra controversiam omnem positis, quām leniter con-
trariis argumentis respondere consuevit) præfatus fuit non ex ra-
tione humana, sed ex verbo Dei aperto & minimè obscurò de Dei
erga homines voluntate esse iudicandum, tandem, *oro*, inquit, *ut
mihi categoricè & disertè respondeas, an Deus unquam dilexerit
eos qui nunc damnati sunt, aut in futurum damnabuntur.* Potui
respondere, & si quorū hæc ipsius impudens interrogatio ten-
deret suspicari potuisse, respondisse ex Augustini distinctione
Deum odiſſe simul & amare homines: amare videlicet homines
quatenus sunt opus suum, odiſſe verò in hominibus opera homi-
nis, id est peccata, sive ut idem alibi loquitur, ad Simplic. quum ex
numero impiorum quos non iustificat, facit uasa in contumeliam, non hoc
in eis odiſſe quod facit: & in quantum uasa sunt, eos ad aliquem usum
facere, ut per eorum ordinatas poenæ uasa que sunt in honore proficiant.
Non itaque odiſſe Deum illos, nec in quantum homines sunt, nec in quan-
tum uasa sunt, id est, nec quod in eis fecit creando, nee quod in eis facit or-
dinando. Nihil enim eorum odiſſe quod fecit. Quod autem uasa eos facit
perditionis, ad usum correctionis aliorum facit: odiſſe autem in eis demum
impictatem quam ipse non fecit. Sicut ergo Iudex in homine odiſſe furtum,
sed non odiſſe quod fur datur ad metallum: illud enim fur, hoc iudex facit:
ita Deus quod ex confessione pereuntium facit uasa perditionis, non o-
diſſe quod facit, id est opus perditionis suæ in poena debita pereuntium, in
qua

qua occasionem salutis illi quorum miseratur innuerant, sicut Pharaoni dictum est, *Ad hanc te excitaui. &c.* Hæc inquam quum possem illi respondere, quæ tum satis mihi in mente veniebant, fui tamen simplici negatione contentus, qua sic illum constringi videbam, ut aut mihi assentiri, aut (quum de singulis personis, non autem de tota quapiam gente ḥως in se considerata inter nos ageretur) Deo mutabilitatem tribuere cogeretur. At ille prolati illis Christi verbis, *Sic Deus dilexit mundum*, denud quæsiuit, quid in his Christi verbis significet vocabulum *Mundus*, *Respondi*, *Elegos*, ut rectè excepérunt illius amanuenses: qui tamen vel imprudenter vel malitiosè (quod ipsorum conscientiæ relinquo) prætierunt hæc totidem verba: *Ex vniuerso mundo colligendus*: quod minime prætermissum oportuit. Nam hæc ratio est cur Mundi vocabulum Christus illic usurparit. Ille verò primùm ad vnanimem consensum omnium Sacræ scripturæ veterum & neotericorum interpretum prouocauit, ex quibus certum sit, vniuersum genus humanum sic intelligi. Quasi verò istud neget qui sic fatetur significari omnes ex vniuerso humano genere diuinitus electos quorum misereatur. Sed det mihi vel vnicum probatæ fidei, idest non Pelagianum aut Semipelagianum interpretem D. Andreas, qui docuerit ex hoc vel alio vlo Scripturæ loco, patrem vñquam decruisse Filium mittere, vel Filium suo tempore misisse ut singulos natos homines per misericordiam seruaret. Nam id certè si decreuisset etiam fecisset, quum nec impediri nec mutari possit, nec à luto sedà figulo pendeat ipsius voluntatis executio.

Sed subiecit ille postea, *Idem Christus mox eodem loco dicit hoc esse iudicium quod Lux venit in mundum, sed dilexerunt potius homines tenebras quam lucem, ubi, inquit, vocabulum *Mundus*, non potest intelligi de electis tantum, sed maximè de illis qui reiiciuntur.* Respondeo, manifestè hic apparere in D. Andreas spiritum vettiginis. Res enim ipsa clamat in his Christi verbis, Mundi vocabulū quū bis hic usurpetur, aut utrobiq; pro solis exitio sua ipsorū culpa secuturo destinatis intelligi, aut priore quidem loco pro terrarum orbe, posteriore verò pro solis illis reprobis intelligi. Quisnam autem satis sanæ mentis homo, colligat, quum dicitur Deus dilexisse mundum, hoc nomen de singulis sine vlo electorum & reprobitorum discriminē dilectis & saluti destinatis intelligi? Saltē verò mihi concedat aduersarius vnicum saltem Esauum exosum fuisse, idque non alia ratione quam quia Deus voluit. Sic enim Apostolus Rom. 9.18. manifestè, & quidem numero multitudinis nō minus quam in altero electionis membro colligit. Sed vt cætera prætermittam, quorsum rursus istud aduersum me? Agit enim Christus de ipsis executionis aeterni illius decreti, idest damnationis causis quæ per se notæ sunt & perspicuae. Ego verò de ipso

decreto contendō, caius causa sit unica Dei voluntas, omnes sub ordinatas antegrediens, quod iampridem occinere isti surdo non desino.

Profert idem postea suauissimam illam Iohann. Baptista vocem: *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. AVNDI inquit, non electorum tantum. Immo verò non Israël tantum, sed ex ceteris quoque gentibus colligendorum electorum, ut antea Simeon distinctè in illo suo cygnego cantico explicauit. & Christus Ioh. 10. loquutus est, testatus eos quos alloquebatur, quanuis Israëlitas secundū carnē, nō esse ex quibus suis, nedāvi quum agitur de dilectione Dei erga suum gregem quem nunquam deserit, singuli omnium gentium homines eo nomine intelligātur. Sed hac in retam turpiter hallucinatum fuisse D. Andream mirum non est, quem paulo post audiēmus ma nifestè contendere Christum pro omnibus singulorum peccatis satisfecisse, nec quenquam propter alia peccata, sed propter solam incredulitatem damnari. Addit postea in eandem sententiam pag. 541. hæc Pauli verba ex Roin. 5. quum inimici effemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius & ex 2. Cor. 5. Deus erat in Christo MVNDVM reconcilians sibi. Quorsum istud verò? Paulum enim constat non aliud ostendere quam realis vocationis & reconciliationis nostræ fundamentum non esse volentis neque currentis, sed miseren̄tis Dei, ex illo ipsius proposito quo nos in Filio ante tempora æterna dilectioni sue destinatos, quamvis postea natos & inuentos peccatores, sic foris vocat ut intus instificet.*

Accumulat postea locum illum ex Ezechiele. 18. *Non est voluntatis mea mors impij, & ex Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis. Et ex Timothi. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri. ad quorum locorum falsas & ineptas interpretationes suo iam loco respondimus, ut & illud quoque quod de falsa vt ipse loquitur, inefficaci vocatione pag. 542. & deinceps nobis obiicit, plenissimè refutauimus pag. huius nostræ responsionis 93. & aliquot sequentibus.*

D. D. Vvirtemb.

1. Ioh. 2. Ipse est propitiatio non pro nostris tantum, sed pro totius mundi peccatis.

Antith. Th. Beze.

2. Verba Iohannis animis aperta sunt, quam ut admirere possint hanc tam manifeste falsam interpretationem. Non

Prima Epistola Iohann. 2. quod dicit Iohannes non pro nostris tantum, sed pro peccatis totius mundi facta est propitiatio, de sola universalitate electorum & credentium intelligitur

gitur, quæ iam non ex vnica ipsius Apostoli gente, ne mpe Iudeorum colligatur: sed diruta macerie, sicut copiosè explicat Apostolus in Epistola ad Ephes. sc̄e in reliquas ḡtes ef- fundat, sicut Abrahæ promissum fuit, fore: vt per illius semen omnes gentes benedicerentur. Et videtur Iohannes hæc ipsa Christi verba securus de industria, qui in extrema illa sua ardētissima precatione, lohan. 17. ver. 20. Non pro his tantum rogo, inquit, sed & pro iis, qui per sermonem eorum credituri sunt in me. Sicut etiam Iohannes dixit: Else hunc agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Num verò Christus totius mundi peccata sustulit, ut vos de singulis hominibus interpretamini? Et certè nobis intollerabilis vox vestra visa est. Christum esse mortuum pro damnatis, & homines non damnari propter peccata. ret. Quia verò maxima pars hominum hunc contemnit: ideo illis nihil prodest, & tō gravius damnantur. 4. Summam impietatem nos esse dicimus, si quis hoc neget. Quia ideo potissimum damnantur, quod non credere voluerunt, Christum pro ipsorum peccatis mortuum esse: quod summum & maximum peccatum est. 5. Hæc non sunt nostra, sed Christi verba & doctrina, quum inquit: Hoc est iudicium, (hoc est, causa iudicij & damnationis) quod lux venit in mundum, & mundus tenebras plus dilexit, quam lucem. Etsi igitur peccata sui naturā damnant: tamen amplius damnare non possunt, si in Christum vere credas. Non ergo ideo damnantur homines, quia peccarunt, ut nulla ratione amplius illis succurrī possit: alias etiam omnes sancti damnarentur, quoniam omnes peccauerunt: sed ideo damnantur, quia liberatorem respūnt, & in eum credere nolunt.

enim collationem instituit, inter Iudeos & gentes, sed vniuersaliter de toto Mvndo loquitur.

2. Nihil certius est, quam Iohannem vocabulo (mundi) non indefinitely, sed vniuersaliter omnes homines intellexisse, sicut alia propter modum infinita. Scriptura loca testantur & confirmat.

3. Sufficienter pro singulorum hominū peccatis satisfecit, ut noua aut alia victima non operetur, si mille mundi, ut sic loqueretur, restaret Deo reconciliandi, pro quibus una gutta sanguinis Filii Dei sufficie-

Ad 1. & 2. Ad 3. & 4. Responsio Th. Bezae ad obseruat. D. Andrea.

Ad hunc locum duo respondi. Vnum, propitiationis beneficium necessarium ad solos electos, &c. quia electi sunt, credentes pertinere: alterum, significare Iohan. non sibi soli & iis quos secum accenset, sed etiam in vniuersitatem toti mundo commune esse istud beneficium, quoniam videlicet diruta macerie, non iam vi- nius gentis seruator apparuit. Et ad prius quidem quod tamen præcipuum fuit, nihil prorsus responderet aduersariis: ad alterum autem, tantum vrget particularē T O T I V S pag. 545, & deinceps addit quod hanc epistolam non ad Iudeos tantum, sed ad omnes Christi discipulos, doctrinam Christi amplectentes Iohannes scripsit, quos vniuersaliter alloquatur. Atqui prior illa responsio nec illius commentum probat de singulis omnium gentium ho-

minibus, nec contra me facit, quum sua sit etiam electis vniuersalitas, sicut loquens Apostolus 1. Cor. 15. 22. Sicut, inquit, in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificabuntur: quo in loco quamvis prior vniuersalis particula simpliciter accepta omnibus hominibus conueniat, quoniam nullus sit cui non statutum sit mori, tamen de solis electis necessariò intelligitur, ut sibi constet utriusque membra oppositio. Sed hoc etiam ex eo liquet, quod tractationem de resurrectione Paulus, ut ex omnibus & singulis ipsis argumentis apparet, ad solam illam accommodat quicum aeterna vita cohæret. Coniunctissimæ sunt autem & inseparabiles propitatio & vivificatio, ac proinde illa vi & ista ad solam electorum vniuersitatim necessariò refertur. Sed & quid hic valeat M V N D I appellatio D. Andream ex ipso Deo & ex Paulo inter se collatis non parcat cognoscere. Apostolus igitur pro eo quod Dominus Genes. 22. 18. Omnes gentes dixit benedicendas in Abraham semine, Paulus Rom. 4. 13. Promissionem illum accepisse dicit quod esse haeres mundi futurus, id est mundum pro haerede habitus. At omnes Gentes ipse Dominus Genes. 17. 4. & 5. multas interpretatur: nempe vniuersitatem illam ad solam electorum ex omnibus Gentibus in multitudinem restringens: de quo etiam vnicō mundo agit hoc quem tractamus loco loanines. Qua de re agens Angust. noster, & has ipsas promissiones explicans. Possunt esse inquit, aliqua omnia que non sunt multa, sicut omnia dicimus Euangelia, que tamen brevi numero, id est quaternario continentur. Et rursus possunt aliqua esse multa non tamen omnia: Sicut multos dicimus credere in Christum, non tamen omnes credunt. Quod autem dictum est, In semine tuo benedicetur omnes gentes, & Patrem multarum Genitum posui te, easdem omnes multas, & easdem omnes esse monstratum est. Similiter quoniam dictum est, Per unius iustificationem ad omnes homines in iustificationem vita: & rursus dictum est, Per unius obedientiam iusti constituentur multi, non aliquibus exceptis, sed eisdem multis omnes oportet intelligi, non quod omnes homines iustificetur in Christo, sed quod omnes qui iustificantur, non aliter possunt iustificari quam in Christo. Altera verò D. Andreæ obiectio pag. 146. in qua dicit Iohan. epistolam scriptam esse ad omnes discipulos Christi doctrinam Euangelijs amplectentes, quos simul omnes intelligat vocabulo N O S T R I S, nomine autem T O T I V S mundi omnes homines nomine excluso, quod inquit apud omnes vere pios & sinceros Doctores est indubitatum, etiam si illi largirer, recte quidem tenui ita ut per omnes homines intelligentur singuli electi, ac protinde credentes, contra me non facit: ad singulos autem sine cuiusquam exceptione ex huius commento accommodatum, tam impium & blasphemum est illud affirmare, quam dicere damnari posse quoniam cuius expiata per Christi mortem sunt peccata, sine pro quo Christus satisfecerit: sive Christum pro aliquo satisfecisse qui

qui beneficium eius fide non sit amplexus, quod tamen adeò præfracte & impudenter ausus est disertis verbis inculcare pag. 546. & deinceps ut paratum sese dicat, non solum ad publicam revocationem sed etiam ad durissimam pœnam, si quis ipsi contrarium demonstrauerit, ex ullo vetere vel neoterico scriptore probato. Ego verò hīc meipsum ad eadem offero, si quem Orthodoxum protulerit qui absurdissimum eius commentum toto pectore non detesteretur.

Illud enim, *Christus mortuus est pro omnium hominum peccatis Sufficienter, sed non Efficienter*, et si recto sensu verum est, dure tamen admodum & ambigue non minus quam barbarè dicitur. Illud enim PRO, vel consilium Patris ex quo passus est Christus, vel ipsius passionis effectum, vel potius utrumque declarat, quorum neutrum ad alios quam ad electos spectat: quamuis negandum non sit tantum esse hanc oblationem ut potuerit etiam pro infinitis mundis satisfacere, si plures essent mundi, & mundani omnes fide in Christi donarentur, nedū pro singulis vnius mundi, nullo excepto, hominibus, si Deus eorū omnium vellet misereri. Christi vero propitiationis de qua hic loquitur Iohann. & quam ait pro toto mundo præstitam, siue ipsius Sacrificij, duæ sunt partes inter se inseparabili coherentes & veterum Sacrificiorum ritu adumbratae: nempe, solennis illa deprecatio Ioh. 17. expresa, quam non pro suis, ut legales illi Pontifices, sed pro nostris peccatis obtulit, ad sui matationem properans: deinde ipsa illius per se ipsum in ara Crucis oblatio. Quis autē illum pro aliis sele offerre voluisse dixerit, quam pro quibus summus iste noster Sacerdos simul & victima, Patrem rogauit, quin istas coniunctissimas partes inseparabiles nefariè distractarunt? Pro quibus autē se rogare testatur? Pro illis in primis charissimis discipulis quos dederat ipsi Pater: deinde pro iis, inquit, qui per sermonem eorum credituri sunt in me. Pro mundo autem ego non rogo. Et ex mundo non sunt, sicut & ego non sum ex mundo: Mundi appellatione, ut cogitur noster aduersarius pag. 545. fateri, credentibus oppositos intelligens. Distinctio autem illa quam iste tandem protulit inter SVFFICIENTER & EFFICIENTER, mera est tergiuersatio, nec aduersarium meum in isto comamento subleuat. Constat enim ex hac tota nostra disputatione non quæsitus fuisse inter nos singulisne hominibus, an vero solis credentibus salutifica sit Christi redemptio: qua de re, exceptis Origenistis insanis qui Dæmonas etiam ipsos tandem seruatum iri somniantur, quisnam inter Christianos unquam quæstionem mouit? Sed de his duobus capitibus maximi momenti inter illum & me controverset, & controvexit. Primum, an Deus aeterno illo & immutabili suo decreto facere constituerit, & suo tempore faciat, fecerit, & ad seculorum usque finis facturus sit ex eodem lato, tam vasa ad decus, quam vasa ad dedecus: illa quidem per iudicium,

ista verò per misericordiam ad destinatū sibi finem necessariò pertinētura, ut in utrisque in æternūm glorificetur, quod ego affirmo, ille verò negat. Alterum, an Deus (quod ille affirmat, ego verò inficior) sicut singulos, nemine prorsus excluso, semper voluit seruatos, ita Filium pro illis singulis pasturum miserit, singulis à condito mundo illam gratiam patefecerit, & illius recipienda potestatem fecerit: an verò (quod ego tucor, & ille inficiatur) sicut ab æterno Deus immutabiliter constituit, quos ipsi libuit per iustas in ipsis hærentes causas perdere, non minus quam alios quos itidem ipsi libuit, quamvis & ipsos in se ipsis exitio dignos, per misericordiam seruare: sic etiam solis suis illis seruandis, Christum suum qui est illorum caput, olim per Prophetas promissum, suo tandem tempore exhibuerit: quibus etiam solis verè cor aperiat, ut quemadmodum foris externo ministerio, sic intus per Sæcum suum Spiritum efficaci vocatione doctos, & per fidem iustificatos, tandem æterna vita glorificet: cæteros, partim nulla prorsus Euangelij sui patescione dignans: partim sanctis suis permixtos per externam vocationem, sua ipsorum tamen culpa induit, ut in eternum tandem dedecus & exitium cui destinati sunt præcipitentur. Quum de istis igitur inter nos quæsum sit, quorsum iste mutata, ut Sophistæ solent, quæstione, ista SVFFICIENTIA & EFFICIENTIA distinctionem videri possit induxisse, nisi ut illa sua portenta hoc obducto fisco operiret: hoc etiam ausus totidem verbis (proh scelus) scribere, & æternam ac immutabilem veritatem vocare, quod Christus NON MINVS pro DAMNATIS SIT PASSVS, crucifixus & mortuus & pro ipsorum peccatis satisficerit, quam pro Petri, Pauli, & omnium Sanctorum peccatis.

Et ne quis ambigere possit hunc hominem in ea esse sententia, quod Christus verè & re ipsa singulorum hominum, nullo prorsus excepto, peccata expiarit, quamvis postea per ipsorum incredulitatem non percipient istius expiationis fructum, ecce ex pag 548. apposita quoque ad marginem hac sententia, *Sola incredulitas damnat homines, totidem ipsius expressas voces, Non ideo damnantur, inquit, aeterno exitio adiudicandi quod peccauerint, alias quoque omnes electi damnarentur, quoniam omnes peccauerunt, & erant, (verte potius deficiantur, vel destituuntur) gloria Dei, Sed ideo damnantur quia non lunt vera fide amplecti Iesum Christum, quoniam beneficium mortis Christi per fidem sibi non applicant, qui pro ipsis mortuus est, & pro peccatis illorum satisfecit: sicut Christus aperi testatur, quum inquit, Hoc est iudicium, quod Lux venit in mundum & nôdus plus dilexit tenebras quam lucem Job.3. Item Job.16. Spiritus Sanctus arguit mundum de peccato quia non credunt in me. Obsecro vero, Christiane Lectores, ecquis unquam antehac in Ecclesia Christiana tam falsum, tam monstruosum, tam abominandum dogma ausus est tam impudenter in Ecclesiam.*

lēsiā Dei inuehere, vt illud etia m ēternæ & immutabilis veritatis appellatione exornet? Præterquām verò quodd iam toties ostendit non posse incredulitatis singulos homines argui, quin statuantur quod tam ridiculum est vt ne refutatione quidem indigeat, singulos exteriū saltem ad Euangelij gratiam vocari: quaē ista est amentia, negare quenquam propter peccata damnari, & tamen omnes qui damnantur incredulitatis reos facere? Num enim, quęso, incredulitas peccatum non est? Inīd tantum est peccatum, vt de eo certè non quasi solo, sed quasi omnium penè maximo differens Christus, Si non venissem, inquit, & eis non essem loquutus peccatum non haberetis Ioh. 9. 41. quos tamen infinitis aliis vitiis fuisse contaminatos, saltem illud ostēdit, quodd eodem illos alloquens Ioh. 8. 7. qui vestrum, inquit, immunis est à peccato, primus in eum coniiciat lapidem. Et Ioh. 3. 36. de hac ipsa incredulitate loquens, nō dixit, vt pulchre obseruat alicubi noster August. ira Dei venit, sed ira Dei manet super eum. Quod si excipiat D. Andreas non negare se quin aliis etiam peccatis scapeant increduli, sed tantum negare propter illa damnari, secum profecto pugnarit. Etenim si Christi mors est expiatio pro istorum peccatis, si pro ipsis nō minus quām pro Petro & Paulo & sanctis omnibus satisfecit Christus, si dedit sese agnus ille vt singulorum nullo excepto, tolleret peccata: consequitur necessariō deleta esse illa peccata, quum deletio peccati, ab expiacione inseparabiliter pendeat: & satisfactio culpam omnem necessariō aboleat. At si faretur tamē ille suos incredulos alia quoque habere præter incredulitatem peccata, vt certè contumacia aduersus Euangeliū nunquam neque præcedentibus & subsequentibus peccatis vacat: qua tandem rationis specie hæc peccata apud Dei tribunal nullo loco censēbuntur, quorum tamen vel vnicum ac minimum mortem ēternam commeretur? Ecquid verò frequentius & horribiliūs exprobrat Sp. Sanctus in sacris illis libris, quām peccatorum multitudinem? peccata, inquit Dominus, diuisionem posuerunt inter me & vos. Num igitur sola incredulitas est damnationis causa? Et cur quotidianis precibus ad remissionem peccatorum anhelant etiam sanctissimi quīq; imīd tantō ardenterius vñusquisque quantō sanctior est, si sola damnat incredulitas? Peccatorum autem expiationem ab eorundem verē reali, & actuали deletione quis vñquam sanē mētis separauit? Et quum sola fide apprehendantur cum ipso Christo omnia eius beneficia saluistica, inter quæ tanti est momenti propitiatio peccatorum gratis donata, vt interdum beatitas illo solo beneficio definiatur: quinam incredulorum peccata expiasse Christus verē dicetur? incredulorum, inquam in ea ad damnationē usque perseuerātiū? Nam alioqui Deus quo libuit momento inueniri se facit, vt loquitur Esaías, ab iis qui prius ipsum non querebant. Quid autem attinet ad

ea quæ huic suæ tam apud omnes pios doctores indubitate, eterna, & immutabili veritati præ exit D. Andreas, aduersus tam, ut ipse loquitur pag. 549. absurdæ, horrendæ & manifestè impia quæ Beza docet de morte Christi, negans illum (vel patris decreto vel effectu) pro omnibus (id est singulis nullo protius excepto) peccatis & peccatoribus mortuum: æquum est ut ad illa quoque respondeam. Primum, inquit ille, si aeterno iudicio adiudicandi, damnarentur quod peccaverunt, omnes etiam electi damnarentur. Nam omnes peccaverunt. Obsecro vero quisnam hic est stupor? Sint ægroti duo, lethali eodem per se morbo, sed tamen perito medico sanabili, decumbentes. vni subuenit medicus: alterum vel cui desit medicus, vel qui medico desit, morbus permit: quis præter hunc fortassis vnicum disputatorem negarit illum ex eo morbo mortuum, cò quod eodem yterque morbo laborer? At si D. Andreas de præscientia differens sic esset argumentatus, si præuisa corruptio originalis peccati & eius fructuum, nempe peccatorum, Deo causam præbuisset aliquos damnationi destinandi, omnes essent damnationi destinati: firmum & solidum esset argumentum, quoniam in nullis Adami filiis aliud potuit Dominus præscire vel inuenire. Sed quām firmum istud est, tam illud est futile ac etiam ridiculum: quoniam Deus vni tribuit quod in eo non inuenit, & ita expellit quod in ipso inuenit: in altero vero quod inuenit, relinquit. Cur ita queris? quoniam sic Deo libuit. At cur libuit? O altitudo! Neuter interim habet de quo conqueratur: quum illi vita sit ex gratuito remedio, isti mors non nisi ex morbo obuenerit, quæ nec ægrotus depelli, nec medicus depellere voluit. Quod autem attinet ad locū Ioh. 3:19. illud neq; ad singulos homines pertinet sine exceptione, præsertim omnium seculorum: neque reliqua peccata excludit. Inmodò viderit D. Andreas cur extrema in illius versiculi particulam, hec videlicet verba reticuerit, *Quia sunt mala opera eius*, quibus vna ex præcipuis consumacij aduersus veritatem causis declaratur, nempe quod homines, quia mali sunt, ut tota ipsorum vita restatur, coargui à luce non lunt. Mirum autem fuerit si ad cætera peccata accedat incredulitas propterea nullam in condemnatione haberi cæterorum operum carnis vel præcedentium vel subsequentium rationem. quæ tamen qui agunt, inquit Apostolus Galat. 5:21 *regnum Dei non possidebunt*, quia, inquit idem Apostolus Rom. 1. *digni sunt morte*. Nec aliter etiam est explicandus alter locus ex Ioh. 16. in quo noratur quidem consumax incredulitas ut peccatum quo maximè omnis excusatio re bellibus admittitur, at nō quasi Deus minimè propterea peccatorum cæterorum, etiam præcedentium, rationem non sit habiturus.

Ad hanc quoque observationem modò respondimus. Quod autem in extremo D. Andreas non iam dicit simpliciter ut antea homines non damnari quia non peccarūt, sed addit restrictionem,

ita ut nulla ratione amplius illis sic curri posset. rectè facit & verum dicit: rectius autem multò facturus si aperte suum illud dogma reuocasset, sicut in collatione si erroris conuinceretur facturum se pro-miserat pag. 547. Quis enim illi restitisset si in ipsa collatione ita esset loquutus? Et quid eum adegit ut hanc restrictionem nunc de-mum adiiceret, præter conuicta conscientiæ testimonium? Iterum autem dico, & coram tota Ecclesia Dei profiteor, falsum, blasphemum, impium esse dicere, Christum sive quod ad Dei consilium at-tinet, sive quod ad effectum, NON MINUS pro damnandorum & eterno iudicio adiudicandorum peccatis passum, crucifixum, mortuum esse, & satisfecisse quam pro peccatis Petri, Pauli & omnium Sanctorum, vt toridem verbis D. Andream non puduit ore & scriptis affirmare. Distinctionem autem illam inter SVFFICIENTER & EFFICIENTER, quam sanè rectè intellectam non nego, du-ris & ambiguis verbis conceptam esse, nec ad questionem quæ in-ter nos agitata est quicquam pertinere proximè præcedente res-ponsione ostendi. Sed quid si ne ista quidem restrictio nostrum aduersarium satis subleuat? Sic enim videtur omnino increduli-tas peccatis remissilibus superueniens statui irremissibilis, ac proinde per solam illam homines damnari ex aduersarij nostri dogmate, quoniam incredulis succurri nulla amplius ratione possit. Et fateor quidem si quis Euangelium respuere ad extre-mum usque perseveret, de illo prorsus actum esse, quoniam solo-num credentium est salus: sed proptium hoc non est incredulitatis, quum de quois peccato idem sit sentiendum, cuius quempiam ad extremum non pœniteat. Deinde si haec fuit aduersarij nostri sen-tentia, cur hoc non expressit? Præterea quis illi concederit nullam relipiscentiæ & salutis spem iis reliqui, qui prius seu brevi seu lou-go tempore (quis enim hoc tempus præter Deum definierit) non solùm vel per ignorantiam, vel per contemptum, verùm etiam ob-stinatè, Deo nondum illorū cor emolliente, Euangelio restiterint? Sic profectò abiit in vineam q̄ ei vocatus obtéperare Patri superbè noluerat. Nā alioqui eadem fuerit incredulitas, atque peccatum in Sp. Sanctum, quod tantum abest ut verum sit, ut contrà ij demum in Sp. Sanctum peccant, absque vlla venie spe, qui à Sp. Sancto eosque edocti ut veritatem nouerint & agnouerint, postea Diaboli more, vt Iulianus ille apostata, illam ipsam veritatem scientes oppu-ghant.

D. D. Vvitemb.

Matth. II. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

1. Horrendum auditu est, tam apertā vniuersalem vocationem particularem fingere, quasi non serio omnes labo-

Antithes. Th. Bezae
Matth. II. compellantur omnes, qui labo-
rent & onerati sint, id est, sub peccatorum o-
nere i' fatiscunt, quod certè iis solis conuenit,
qui se peccatores agnoscunt, & ad eum con-
ficiunt, à quo se subleuari posse sperant.

Responso Th. Bezae ad obseruat. D. Andree.

Vide respcionem nostram ad obseruationem decimam in sextam Thesin.

D. D. Vviremb.

Rom. II. Deus omnia sub incredulitate conclusi, ut OMNIVM misereatur.

Antith. Th. Bezae.

1. Verba Pauli adeò manifesta sunt vt nulla interpretatione indigent, cùm inquit: Conclusit Deus omnia sub peccatum, vt omnium misereatur. Sicut enim nō dicit: Conclusit quosdam sub peccatum, sed inquit, omnia: sic quoq; non dicit, vt quorundam, sed omnium misereatur, vt ostenderet suam misericordiā omnibus serio offerri, & Deum velle, vt omnes credant & saluentur, si-
cūt omnes peccauerunt.

2. Hæc assertio simpliciter impia est, & auditu horrenda, adeoque expresso & reuelato verbo Dei contraria. Quicquid enim Deus prohibet, hoc non vult, vt quisquam faciat. Nolente ergo Deo, & non volente, sed contra ipsius voluntatem primi nostri parentes transgressi sunt præceptum in Paradiso traditum, & in hanc miseriā inciderunt. Sic docet Spiritus Sanctus in Scriptura sacra, & qui aliter docet, si Angelus ē cœlo efficit, anathema sit. 3. Si vestra doctrina vera est, culpa omnis non in hominem conferri potest, sed in Deum creatorem, qui (secundum veltram opinionem) absoluto de creto suo, eos ad peccandum & damnationem creavit & ordinavit, vt qui noluerit eos aliter agere, conuerci aut saluari, quod auditu horrendum est & abominandum.

Rom. II. Contextus ipse perspicuè ostendit, Apostolum ibi non agere de singulis hominibus per se: sed humanum genus distribuere voluisse in duas partes, nempe Iudeos & gentes, ex quibus suam Ecclesiam colligit Deus per misericordiam: quū & hi & illi digni fuerint perire: vt nemo, qui seruatur, aliter quam per misericordiam seruetur. Imò quòd dicitur Deus omnes conclusisse sub incredulitatē: probat quod asserimus, nempe, neque nolente Deo, neque temerè homines in hanc misericordiam incidisse: cuius tamen rei culpa omnis in hominis lapsum voluntarium, & eius posteros sic peccato mancipatos conferenda est.

Pati

Responsio Th. Beza ad obseruat. D. Andreae

Ad L.

Pati non potest D. Andreas ut in isto Pauli dicto, *Conclusit Deus omnes in contumacia ut omniū miseretur*, dicatur Paulus de vniuersitate electorum (quales omnes in ministerio ordinario esse præsumuntur) in duas hominū species, Iudæos videlicet & Gentes, distributa loqui, quod de singulis potius omniū populorū hominibus, nullo penitus excluso vult intelligi. At ego diuinitū factum puto ut iste hunc locum citaret quo manifestissimè falsitas huius interpretationis redarguitur. Primum enim tota Pauli eo in loco instituta disputatio tam aperte istud ostendit, nempe de generibus singulorum non de singulis generum illic agi, ut mera sit perniciacia de ista re controuersiam velle mouere. Et quinam Apostolus hac sententia subuerteret quod toto capite nono ad singulos Iudæos pertinere negauit, & prolatis exemplis Ismaëlis & Esau, probauit, ad solos promissionis filios quos vocat, id est promissioni destinatos spectare. Nec enim vel in electorū fide, vel in reprobatorū increlitate subsistit, sed ad summam usq; Dei voluntatem ascendit & electore deduxit. At huius certè altitudo nulla est quod ad reprobos attinet, si ut damnationis, ita etiam reprobationis decreti causam, siue corruptionem siue incredulitatem, siue quipiam aliud in ipsis hæres statuas, cuius premissio sit in Deo ἐποναταρπτική ipsius decreti causa. Deinde quum hoc in loco Apostolus ἀπειδευτ (quam rectius D. Andreas vertisset contumaciam quam incredulitatem, quam illa latius quam ista pateat) statuat pro termino à quo omnes isti ad misericordiam ac proinde ad fidem vocantur: contumacia verò prædicationem cui contumaciter resistitur includat, quam D. Andreas de sola Euangelij gratia intelligit: tum denum verum fuerit istud ipsius de singulis hominibus ut Euangelij contemptibus commentum, quum probauerit verum esse singulis tot prophanorum populorum hominibus, tunc, immo ab aeo condito, promulgatum fuisse Euangelium, quum vt idem Apostolus scribit ad Ephes. erant alieni à Republica Israëlis, extrauei à pactis promissionis, spem non habentes, & Dei expertes in mundo. Sed & Iudæos singulos an ausit iste dicere fuisse Euangelicæ prædicatio[ni] rebelles? Nihil ergo minus dictum voluit Apostolus, nec istud quidquam ad propositam ab ipso quæstionem de vocatione Gentium, & excisione Iudæorum pertinuit. Sed hoc significavit, tum Gentium vocationem, cuius præcipuus Minister fuit Apostolus, tum Iudaicæ Gentis, tunc quidem quum hæc scriberet Apostolus excindenda, postea verò tandem instauranda restitutio[n]em à mera Dei misericordia proficiisci. Tunc enim Gentes ad Euangelij gratiam fuisse vocatas, quum nihil minus essent quam ipsi ob-

quentes, Dei videlicet veritatem de qua loquitur Paulus Rom. 1. 28. in iniustitia detinētes: Iudeos autem Deum suo tempore restitu-
turum, quātumvis insignis contumacia reos: & quidem utrumque
facturum planè admirabili consilio: abusum nimirum ipsorum Iu-
dæorum contumacia ad Gentes ipsorum loco substituerendas: & con-
trà per Gentium obedientiam Iudeos ad ipsas emulandas & Euangeli-
gium quoque recipiendum, suo tempore prouocaturum. Ista vero
omnia quorū ad D. Andreæ somnium? Nam etiam si, nō obstante
tibus istis, vera esset eius interpretatio: tamen oportet omnibus
seculis singulos omnium gentium homines fuisse priūpūm ad Euangeli-
um vocatos, cui singuli quoque restiterint, à qua incredulitate
postea vocati ad misericordiam fuerint, immò misericordiam con-
secuti. Omnes enim eos quos dicit Paulus fuisse in contumacia con-
clusos ut eorū omnium Deus misereretur, dixit antea partim qui-
dem ελεύθεροι id est misericordiam cōsecutos, nēpe Gentes: partim
verò, nempe Iudeos, suo demum tempore, iambicē, id est miser-
icordiam consecuturos: quod omnibus atatibus, & singulis ho-
minibus tribuere (trahit enim hæc D. Andreas ad æternum Dei de-
cretum quod unum & idem semper fuisse necesse est) quām ridicu-
lum sit quis non videt? Præterea si eiusmodi rebellio aduetus
Euangelium oblatum, quæ pessima est incredulitatis sp̄ecies,
præiuissime dicatur, in singulis hominibus, vocationi ad miseri-
cordiam: duæ minimum in singulis hominibus statuenda fuerint
vocationes, in quarum medio statuenda fuerit dñe*teria*: quod tur-
sus absurdum est & ridiculum, vt ex plurimis eorum exemplis con-
stat quibus datum est vocantem Deum statim sequi. Insuper quo-
modo cum hac sententia cohærebit discrimen quod paulo antea,
nempe obseruatione 5. in locum 1. Iohann. 2. inter alios peccatores
& per incredulitatem peccantes constituit? quod videlicet illi qui-
dem sic peccent ut ipsis aliqua ratione succurri possit, nempe fide:
illi vero propterea damnentur quoniam alia ratione illis succurri
non potest, vt qui liberatorem respuant? Nam ecce contrà Apo-
stolus hoc loco, si vera est ipsius D. Andreæ sententia superiori repu-
gnans, singulos homines dixerit prius oportere esse contumaces
quām ad misericordiam efficaciter vocētur. Deniq; ut omnes obser-
uent quām supinè & negligenter obseruationes istæ sint à D. An-
draea conscriptæ: quum ego in mea responsione ad obiectum mihi
locum ex Rom. II. 32. respondisse. iste transit ad locum alterum,
nempe Gal. 3. 12. sic unum cum altero commiscens vt sine per osci-
tantiam, siue sciens prudens extremum locum ex Rom. II. substituat
eius vice quod in epist. ad Gal. scribitur, quæ interpolatio maximi
est momenti. Nam quum Romanis scribens dixisset, vt *Omnia mi-
serentur*, ad Galat. scribit ut promissio ex fide Iesu Christi detur cre-
dib; quib; verbis Paulus yniuersitatē eorū quos Deus conclusit
sub

*sed contumacia, non ut in ea periret, sed ut inde ad misericordiam vocarentur ad solos credentes restringit. Non est autem omnium fides, sed eorum demum quos trahit Deus. Nec volentis & currens, sed misericordis Dei qui quorum vult miseretur, & quos vult indurat. At cur non potius, inquit D. Andreas, scripsit *Apostolus*, conclusit quodam, &c., ut quorundam misereatur? Nempe, quoniam non de singularibus personis, sed de electis uniuersaliter, tum ex Gentium iam vocatarum, tum ex Iudeis suo tempore restituendis, & in unum cum Gentibus corpus coalitus agit.*

*Ad 2. Nihil hic crepat meus aduersarius præter anathemata aduersus ipsos etiam Angelos, si forte ab ipso dissenserint. At ego Deum precor ne ipse potius audiat aliquando ex ipsis ore, Quia mensura dimensus es alios & ego te metiar. Vnde vero tandem profecta est tanta istius indignatio? Nempe, quod ex illis verbis, *Conclusit Deus omnes sub contumacia, collegi, nec temerè nec invito Deo homines, in istam misericordiam sua tamen ipsorum, non Dei culpa, incidisse. Nec interim quicquam ad illam phrasim responderet, neque ad innumerabiles alias multò etiam expressiores quas suo loco protuli & plenissimè tum ex locorum aliorum collatione, tum ex August. aduersus Pelagianos disputationibus certissimis & eruditissimis explicari, quæ rursus hic nolim incalcare. Quid te vero fieri, miser Augustine, immo etiam quid te D. Luthere, si coram D. Andreae tribunali steteritis? Sed ad rem. Quicquid, inquit, Deus prohibet, hoc non vult ut quisquam faciat. Sanè quicquid prohibet, malum est, nec Deo summè bono placere potest. Neque hoc quisquam pius negarit. Sed plurimum ista inter se differunt: Legem per se & absolutè qualis est in se, & quatenus ab hominibus impletur vel non impletur considerare. Semper igitur ex Lege Dei quid ut rectum approbet, ut peruersum improbet, quam voluntatem suam Deus in lege patefecit, intelligimus. Quod vero spectet Deus, his vel illis pronuntiari non tantum Legem, sed etiam Euangelium suum iubens, ex illa sola externa denuntiatione colligi nequit, sed ex effectis demum consequentibus intelligitur: quod superioribus disputationibus abundè me probasse confido, paucis autem nunc rursus attingam.**

Si quoties Deus aliquid prohibet, id fieri non vult à quoquam, certè, fieri vult quod iubet. Nūquam autem aliquid prohibet quin contrarium iubeat: nec quicquam iubet quin contrarium prohibeat. Cedò vero, quum præcipiteret Abrahamo ut Isaacum maceraret, ac proinde vetaret ne illi parceret: num Isaacum macerari volebat, Isaaco parcere solebat? Num perdi Ninevitas, quod iussit à bona renuntiari: num mori Ezechiam volebat, præcipiens ei per Esaiam ut ad mortem se compararet? num volebat à Pharaone dimitti populum quum id ei per Mosen mandaret, & tamen ipsis

improbitatem non modò non mutaret, sed etiam, gloriæ suæ causa, in illa malitia per ipsiusmet cor induraret? qua de re suprà disserimus, quum voluntatem signi à voluntate beneplaciti interdum proslus dissidere, nec tamen Deum proterea culpari posse ostendimus. Cæterum ut generalius loquamur, num Legem mādauit populo suo, & quotidie præcipit, ut eam plenè quisquam impleat? Et tamē plenam præcipit. Et quum promissiones Legales audimus, an illas vult à nobis præstari? Nihil minus. Nec enim unquā constituit suos per Legē ab ipsis præstitā seruare. Mādat igitur etiā aliquid quod fieri nō vult, & promittit etiam aliquid quod prestatre non vult: nec homines propterea ludificatur. Nam homines è contrario, quum audiunt à se peti quod implere nequeant, & sibi interdici à quo abstinere non possint, & promissionibus quidem addi vident conditionem sibi adūrator, cum minis autem contrà cohærere conditionem quam effugere non possint: necessariò, nisi sint proslus mente capti, animaduertant oportet nō alio consilio sibi diuinitus proponi Legem quam ut redarguantur, & inuiti quoque perterrefiant: In hoc autem terrore, nisi peculiari gratia velut ex inferis educantur, vel in desperationem ruunt, vel magis ac magis sua ipsorum improbitate indurātur. Num quæso, abīque Dei iusti iudicis consilio & voluntario decreto? Quod si Deus illum peccati per se lethalem mortem conuerterit in cor contritum & humiliatum coram ipsius facie, vulneri postea oleum illud Euangelicæ gratiæ inspersurus, tum immutatus homo Dei præcepta audiens, experitur alio sibi quam antea consilio Dei Legem rursum inculcari: nempe non magis quam antea ut plena ipsius præstatione seruetur, sed ut pro viribus quas à Deo accepit, carnis suæ reliquiis repugnans, secundum illam Dei voluntatem ambulet. At vires istas si putat D. Andreas homines habere à natura, totus Pelagianus est. Si partim ex natura, partim ex gratia, Semipelagianus: quod neutrum tamen velim illi ascribere, quamuis non videam quinam ex ipsius dogmate necessariò non consequatur. Nā si hanc gratiam singulis vult offerri, rursum eadem quæstio recurret, ut iam antea pleniùs ostendi: cur videlicet hæc gratia sit in aliquibus efficax, in aliis nō itē: quod discriminē vel ex natura orierur in solidū vel ex gratia quidē, sed inæqualiter distributa: nec Deus expers erit culpa in hac inæqualitate, si naturalis destitutio omniū virium ad bene cogitandū & agendum ad iustum hominis damnationē non sufficit: sed præterea ut Deus culpa vacet, offerti singulis portet gratiam cum aliqua ipsius recipiendæ possibilitate: responſaturis alioqui peccatoribus cur ab ipsis exigat quod sciat ab ipsis præstari non posse: & cur ipsos condemnet propter id ab illis non præstitum, cuius præstandi facultatem ipsis non dederit. Perinde ac si

ac si, vt aiebat profanus ille infelicis memorie Castellio, à bubus flagitaret Deus vt volarent. Os impudens! quasi hæc hominis im- potentia ad bonum, & captiuitas sub malo, sit à creatore, ac non ab eo qui à creatore suo sponte defecit. Quid? quum peccata quoque inter peccatorum pœnas censemur, annon quoties Satanæ & malis instrumentis, nō tantum facit quidam agendi potestate, quamvis nouam malitiam ipsis non inspirando, tamen illam quam in ipsis inuenit bene mouendo; sed etiam illis quid actura sint præ- scribit, illa ciet, excitat, & efficacia reddit, an non vult illa agere quod agunt? Agunt autem omnia legis præceptis interdicta. Neq; hic valet illa distinctio, inter actione & actionis vitium, & in uno opere duplex opus, vnum Dei vt instrumento malo bene videntis, alterum ipsis instrumenti non iam vt instrumenti, sed vt causæ. Nam satis nunc est probasse. Deum sæpè minimè fieri per aliquem velle quod in lege verat, & contrà fieri nolle quod in Lege præci- pit, vt D. Andrea anathematismo non teneamur. Quod autē dixi de Lege, multò manifestius & multò magis de Fide & Euangelij gratia sentiendū est. Lex. n. multò pluribus quām Euāgelium loqui- tur, vt pote quā ipsa natura in cordibus omnium ratione prædito- rū, quod ad notitiam ipsis attinet, insculperit: & nonnullū alicū- ius honestatis naturale desideriū in iis superest qui nō sunt propterea deplorati: quæ tamen omnia procul absunt à dono Spiritus S. re- generatis proprio. Specialior est ergo multò Euāgeliij gratia, quam si somniat aduersarius noster aut singulis vñquam fuisse oblatam, aut nunc offerri, aut vñquam offerendam, vel sola experientia, quæ stultorum magistra est, redarguetur. Quod si vanissimum istud delirium hoc etiam errore cumulet, vt sentiat omnibus quibus illud offertur, cor aperiri, vt attendere posse velint: & aures ad audiendum dari, vt audire queant & discere: doceat igitur omnes à patre trahi, filium sese omnibus reuelare, datum quoque fuisse turbis vt mysteria regni Dei noscerent. Duplex autem illud testimonium quod ex primo tractationum mearum volumine pag. huius collationis 55. mihi opponit, ea qua vti solet fide ab aduersario meo de- scriptum est. Nec enim vsquam dixi quod iste mihi adscribit, miro & incomprehensibili modo placuisse Deo, & voluisse Deum vt primi no- bri parentes peccarent. Sed hoc scripti totidem verbis pag. voluminis illius 179. lapsum illum (alibi verò dixi, cur nō peccatum sed lapsus dixerim) ita à voluntario Adami motu profectum, vt tamen non iuncto Deo acciderit, cui miro quondam & incomprehensibili modo placet ut id quoque quod quatenus peccatum est non probat, non tamen sine ipsis vo- luntate cueniat. Sic autem explicare planius studui quod ait Augu- stinus, népe, miro & ineffabili modo fieri vt nō fiat preter Dei voluntate, quod fit contra Dei voluntate. Locus autē alter ex pag. eiusdem voluminis 192. meliore quidē fide exscript⁹ est, sed ab illo astutè detortus. Nec

enim simpliciter & indefinitè scripsi, vt iste vult, *Reprobis*, sed, nonnullis ex reprobis intelligentiam excitari ad percipienda & credenda quae audiunt: quod tam verū est de generali & historica fide Diabolis etiam ipsis communi, vt ibi explicò, quām falsissimum est singulis reprobis hanc gratiam fieri, vt aduersarius meus contendit.

Et hic quidem mihi plenissimè respondendum esset ad impudentissimam illam calumniam quam in me totis paginis 551. & 552. effundit, quod videlicet Bezae doctrina usum verbi Euangelij & Sacramentorum proorsus tollat: esset, inquam, plenissimè mihi ad hanc calumniam respondendum, nisi iam antea tum in collatione de Baptismo pag. 66. & 83. tum in hoc Prædestinationis tractatu quomodo sit ex vera & solida doctrina conscientiis de sua electione dubitantibus consulendum ostendisse: qua de re tamen cogite rursus istius hominis importunitas non nihil dicere. *Facit*, inquit, *promissiones omnes particulares*, id est ad electos tantum pertinentes de quibus Deus occultum aeternum decretum fecerit, quod eos tantum seruare velit. *Quis* igitur tibi dicet, aut unde scies an sis in numero electorum aut reproborum comprehesus, quem in gravissimis ipsis tentationibus conscientia de illis ipsis Sp. S. testimonii & eius motibus dubitet, ad quos illas remitis? Hæc ille in summa ex quibus concludit pag. 558. p[ro]i[us] omnibus caudendum esse ab ea doctrina, gignendis nouis erroribus tam fœcunda, vt hominibus non solum Substantiam & usum Sacramentorum verum, sed etiam totum Euangelium una cum Christo eripiat, & eos omni consolatione priuet. Et hoc scilicet est placide disputate, non autem conuiciari. Cedò vero quasnam iste consolations eiusmodi temptationibus opponit? Eas profectò quas facile non Satan tantum ferat tentatis de sua electione proponi, verum cunctam ipsem suggerat, vt vel falsa fide nitatur, vel in altius desperationis barathrum ruant. Vult enim D. Andreas semel tolli particulare decretum electionis, quod inuidiosè & falso sensu occultum vocat, (vt mox ostendemus) id est ipsam electionem, quo quid tandem Satanæ fuerit optabilius, quem non alio fundamento fides & spes nostra omnis nitatur quām aeternæ & immutabilis electionis nostræ certioratione? teste passim Paulo, & præsertim Rom. 8.29. II.1.1. Cor.2.16. Ephes.1.5.2. Tim.2.19.1. Pet.1.2. In modo quum non eligat qui singulos nullo proorsus excepto trahit: si stat hæc D. Andreæ doctrina certè vel dulcissimum illud electionis nomen ex Scripturis literis expungatur oportet: vel si eos demum eligere dicatur Deus qui uniuersalem illam externa vocatione oblatam gratiam receperint, prius vocabuntur homines quām electioni destinetur. Et ita peruerenda fuerit omnium nostræ salutis causarum series. Et præterea pendebit hæc electio ab hominum ipsorum arbitrio, si tribui dicatur à Deo singulis hominibus potestas credendi vel non.

non credendi, ut fides sit *dura et pes* singulorum sine exceptione hominum, actu vero duntaxat eorum quibus libuerit Deo ad credendum, non secundæ alicuius particularis priam confirmantis; sed primæ illius vniuersalis gratia vi cooperari. Quæ omnia quum fallissima sint teste vniuersa Scriptura, consolationem inde peti aduersus illos conscientiæ terrores facile tulerit Satan, ut tentati seipso decipient. Deinde, si tentato veniant in mentem illa certissima. Non quicunque exteriùs vocantur trahi iustus à Patre, Nec filio dati omnes, sed duntaxat credituros suo tempore, quod fides non sit omnium, Nec Filium quibusvis reuelare Patrem, sed iis demum quibus vult, & quod ipsorum Istrælitarum tristissimo exemplo constat, ne omnes quidem qui promissionem auribus audiūt esse promissionis filios, id est promissioni destinatos, multos vocatos, paucos electos: nec verius esse posse, singulos exteriùs baptisatos aqua, esse Spiritu baptisatos, quam Circuncisos singulos carne, suffice quoq; corde Circuncisos: quinam sibi persuadere potuerint, falsam illam vniuersalis sive electionis (quod sane dictu ridiculum est, quum eligere dici non possit quispiam qui nullos reicit) sive vocationis gratiam, quam tories iam dixi, nisi ad solam vniuersitatem electorū restringatur, debere potius indefinita dici? nēpe ut sic nuerimus omnes illas circūstantias, quæ *μοσάτης* nomine in sacris literis intelligi consueverunt, ut Gentium, sexus, ætatis, paucorum vel multorum, grauium vel leuiorum peccatorum, quum agitur de Dei misericordia cessare, nec fidem & spem nostram ullo modo remorari vel impedire debere. Denique quum non usque adeò firmam illam vniuersalem commētitiam gratiam esse doceat D. Andreas, quin ab ea possit quispiam excidere, ut qui *ἀμεταμέλεια* illæ esse neget, & amitti penitus posse Spiritu adoptionis contendat, vt in tractatione de Baptismo audiuimus: anno ipse net, quæsto, quicquid antea superstruxerat hoc dogmate subuertit, si negotium illi sit cū eo qui se à fide & gratia Dei excidisse sibi persuadeat? Quām igitur ista vana & futilia sint nemo non videt, quibus quæ sint opponenda ex puro Dei verbo de prompta, & quomodo sit Prædestinationis doctrinæ usus applicandus, sive unde petenda & quomodo retinenda sit electionis certioratio, plenissimè, ut modò diximus, in tractatu de Baptismo studuimus explicare. Tantum nunc Christianū lectorem velim, duplēcē istius hominis errorē de particulari quam vocat electione & occulto Dei decreto animaduertere. Enim uero, si particularem illam vocat quæ ad singulos sine exceptione homines pertineat, non ego sed ipse fuerit huius particulatione homines reus. Sin vero particularem appellat quam vniuersaliter propositam oporteat singulos audentes sibi particulariter applicare, id ipsum facit quod in me reprehendit: eo tamen excepto quod ille & quidem falso, vniuersitatem istam ad totum humanum genus,

nullo prorsus homine excepto extendit, ego vero ad solos electos suam & ipsos vniuersitatem cōstituentes cum sacris literis restringo. Et quis hic non miretur hominem istum vsque adeo tuendā iſtius suæ sententiæ studio abreptum, vt non animaduerterit quod de vniuersali ad singulos sine vlla exceptione homines pertinente prædicatione opinatur, locum habere in Sacramentis non posse nisi fortassis istud etiam affirmare, singulis totius mundi hominibus offerri Baptismi & Cœnæ Domini participandæ gratiam. Sed de hac re plus satis. Occultum autem illud æternum Dei decretum quod iste ferre non potest (quo tamen sublatu omnis Dei prouidentia, atque adeo Deus ipse necessariò vel tollitur, vel à mediis causis suspenditur) sapè iam diximus occultum à nobis vocari, primum quoniam omnes medias causas sine exceptione antegrediens, immò illas ipsas omnes medias causas sibi subordinans à metra illa Dei voluntate penderet, cuius altitudo inscrutabilis est & ipsis etiam Angelis admiranda. Deinde quod non nisi à posteriore, id est per effecta nobis patet, & tūc demum nobis esse occulta nō rō̄ oī̄ definit, quæ patet factio nobis sufficere deberet, ac plenè sufficit: à fidei videlicet & Sanctificationis fructibus, id est à displicientia peccati & operibus Spiritus ad iustificationem & veræ fidei auctoritatē donum: inde ad interiorem vocationem, cum externa id est verbi prædicatione & Sacramentorum administratione coniunctam, ac deinceps ad certissimā & omni quantumlibet vehementi tentationi inexpugnabilem in Christo Prædestinationem ascendentibus, ut de certò secutura nostra glorificatione certi, iam nunc pacem in conscientiis nostris habeamus.

Quoties tandem isti anathematum fabricatori tantum erit otij in tanto negotio vt oppugnando illi monstro non defatigetur, quod ipse solus sibi imaginatus est? Ecquis enim tam vñquam fuit impudēs vt à Deo senserit homines æternis pœnis addici quoniam sic ipsi libuit, absque eo vt damnationis causæ in ipsis damnatis iutissimæ inueniantur. Præteritis certè causis mediis à primo ad ultimum non est descen̄ ho, sed præcipitum. Quantum autem & quantum hic valeat illud axioma, Quod est causa causæ, est causa causati, plenissimè suo loco exposuimus in hac eadem tractatione.

D. D. Vvirtemberg.

2. Pet. 3. Non vult Dominus aliquos perire, sed OMNES ad patientiam reveri.

Neque ex lege, neque ratione humana, sed ex solo Euangilio de Prædestinatione electorum indicandum est.

Antithesis

Antith. Th. Bezae.

2. Petr. 3. ver. 9. His verbis: Non vult Dominus' aliquos perire, liquet ex præcedentibus, totaque adeo tractatione, Petrum solos fides alloqui, quibus etiam se accenseret. Denique quod additur: neque ex lege, neque ex ratione humana, sed ex solo Euangelio de Prædestinatione Electorum iudicandum esse, apobamus: modò illud intelligatur existis verbis, 1. Iohan. 3. ver. 24. Per hoc cognoscimus nos in ipso habitare, & ipsum in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis.

Et 1. Iohan. 3. ver. 10. per hoc manifesti sunt filii Dei & filii diaboli, quisquis non exercet iustitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.

agi sentiunt, ut proorsus contrarium cor experiat. Si ergo ex hoc solum sensu de electione iudicandum est, nullus vius erit promissionum diuinarum Baptisi, Cœnæ Domini, Absolutionis, adeoque totius Ministerij Ecclesiastici. Siquidem (secundum opinionem Bezae) ex his omnibus NIHIL certi de electione nostra ad æternam vitam statui potest. 3. Ruunt interdum etiam electi filii Dei in manifesta scelera, sicut filii diaboli, quemadmodum David in adulterium, homicidium, &c. Vbi ergo consolatio & certitudo electionis eorum? aut unde petenda aut sumenda erit? Quæ in promissionibus Euangelii vniuersalibus, in Baptismo, in Cœna DOMINI, in Absolutione, secundum opinionem Bezae & sociorum eius, non est certa. Quis igitur non videt, quid diabolus hac doctrina mediterretur? videlicet desperationem in piis, & Epicureismum in dissolutis hominibus, qui certo sequetur.

Responsio ad observationes D. Andreae.

Ad 1. Suas sibi horrendas blasphemias & impietates sumat si volet D. Andreas. Tu vero lector, vide si libet quid suprà ad locum 1. Tim. 2. 4. & Ezech. 18. 32. responderimus.

Ad 2. & 3. Vide nostrum respōsum ad locum Rom. 11. 32. in obseruat. secundam, secunda eius responsi sectione.

r. Est & hæc Petri sententia tam aperta, ut falsam hanc interpretationem veltram nullo modo admittere possit. Nam non solum vniuersalis particula ponitur (OMNES) sed etiam explicatio præmittitur, NOLENDS ALIQUOS peri- re, sed OMNES ad pœnitentiam regredi. Horrenda ergo & blasphemica doctrina est Bezae, quæ contrarium impiè asserit.

2. Sæpe in temptationibus adeo infirmus est sensus, quo se à spiritu

REIICIMVS (AIVNT D. D. V V I R -
T E M B E R G E N S E S) T A N Q Y A M V E R B O
Deiminimè consentanea , & quæ omnem consola-
tionem piis mentibus adimunt, cùm docetur.

Dogma I. damnatum à D.D.Vvirtemb.

Reprobationem esse sapientissimum Dei propositum, quo ante omne
nem aeternitatem (ut ipsi loquuntur) constanter absque omni iniurie
decreuerit, E O R V M N O N M I S E R E R I , quos non di-
texit, sed prateriit, quòd iusta eorum condemnatione iram suam erga pec-
cata, & gloriam declareret.

Responsio Th. Beza ad Dogmata subiecta.

I.
r. Horrendum audiu- & abominandum: quòd Deus quosdam aeterno suo decreto N O N D I-
L E X E R I T : sed ad iustum condemnationem eos reliquerit, quorum N O N
V E L I T M I S E R E R I .

Dogma II. damnatum à D.D.Vvirtemb.

Causam efficientem reprobationis esse propositum Dei, quo placuerit
Deo quosdam creare, & I N E V M V S V M S V S C I T A R E,
vt iram & potentiam suam ostenderet, ut in ipsis quoque glorificetur.

Responsio Th. Beza ad II. Dogma.

I. Est & hoc horrendum & abominandum, asserere, quòd Deus quos-
dam C R E A V E R I T , & in eum usum suscitaue-
rit, vt iram & potentiam suam ostenderet, & vt in ipsis quoque glorifi-
cetur. Eris enim Apo-
stolus testatur, quòd in
hac vita Pharaonē suscitaauerit, vt potentiam suam in hoc seculo in ipso declara-
ret: tamen nusquam scriptum legimus quòd cum ad aeternam damnationem
creauerit, adeò, vt absoluta voluntate noluerit eum pœnitentiam agere & con-
uerti. Nam quod de induratione dicitur, non absoluti decreti effectus, sed præce-
denti's crudelitatis iusta pœna fuit, quam in filios Israël immanissimè exercuit
Pharao. 2. Reprobationis nomine, siue decretum intelligatur, siue executio
decreti: impium tamen est, asserere, quòd Deus absoluta voluntate decreuerit,
quorundam hominum N O N M I S E R E R I . Quod cum ipsius reuelata voluntate

Si per reprobationem intelligitur eius de-
cretum, incepè dicitur: propositum Dei, id est,
ipsius decretum esse sui ipsius causam effi-
ciētem. Sin verò eo nomine accipitis eius de-
creti & executionem: falsum esse confitemur,
quod repudiatis, vt ostendimus ad Thesia
quintain & sextam.

Dogma III. damnatum à D.D. Vvirtemb.

*Deum reprobos nondum NATOS nullo indignitatis respectu exitio
destinasse, & quodam ad instum iudicium à DÉO CONDITOS
esse.*

Dogma V. damnatum à D.D. Vvirtemb.

*Decreti Reprobationis & electionis causam esse, tum eternam beni-
gnitatem in IIS, QVOS LIBVIT ad salutem prædestinationis: tum e-
ternum mali odium, ad IVSTAM DAMNATIONEM QVOS
IPSI LIBVIT ORDINANTIS: Cur HOS autem potius, quam
ILLOS saluti, vel damnationi DESTINET, causam αροκαταρεπτικήν
NVLLAM esse ALIAM, QVAM IPSIUS VOLVN-
TATEM.*

Responsio Th. Beza ad III. & V.

Paulum ipsum oppugnatis hoc dogmate, 1. Non minus hoc quo-
Rom.9.ii. Tam enim falsum est, ¹ incredulita- que horrendum est au-
tem esse causam diuini huius decreti de iustè ditu, & abominandum,
perdendis aliquibus, quam falsum est ² præ- quod negare audet D.
uisam fidem, vel bona opera, causam esse Præ- Beza: INCREDULITA-
destinationis, vel electorum, quod Pelagia- TEM causam esse de-
norum est dogma, ut dictum est ad easdem creti Dei de perdendis
Theses V & VI. hominibus. Siquidem
Christus aperte dicit:
Qv i non credit, iam iu-
dicatus est. Item, Spiriti-

tus Sanctus arguet Mundum de peccato, QVIA NON CREDUNT in me. Item, Qui non crediderit, condemnabitur. Quapropter nullo modo Paulum oppugna-
mus, qui nusquam dicit: quodam ad eternam damnationem CONDITOS ESSE
sicut Beza docet. 2. Fides in Christum non est naturæ, aut nostrarum humana-
rum virium, sed Sancti Spiritus opus. Quum ergo fides causa Electio nis esse di-
citur: nequaquam Pelagianorum dogma sapit, qui naturæ viribus tribuerunt,
Quod solus Spiritus Sanctus præstare potest.

Dogma IIII. damnatum à D.D. Vvirtemb.

*Adamum sponte quidem, sed tamen non modo presciente, sed etiam
IVSTE ORDINANTE & decernente Deo, in istas calamita-
tes prolapsum esse.*

GG j.

Responso Th. Beza ad llll. Dogma.

1. Apostolus nequaquam Quod dixit Apostolus, vobis ipsis citandum: Adamum Deo tibus, Deum conclusisse omnia sub incredulitate, Rom. ii. cum necessariò ad Adami lapsum, tanquam ad primam originem reteratur: & ² profanum sit existimare, Deo, Sensus enim verborum vel inuito, vel otioso, vel temere præstantis Pauli est: omnes homines esse peccatores, quorum omnium Deus prolapsus: optimo iure, quod hic damnat misereri, si Christus approbamus: nec propterea lapsus Adamus per veram fidem misericordiam in Deum conferimus, quæ tota recipient. Non autem hæret in ipsius voluntate minimè coacta, nedicit: Deum ordinasse, que etiam tum concupiscentie obnoxia, ut homines omnes pectorarent, & pereant.

2. Humana cogitatio

est de Deo inuito, vel otioso, vel oscitantia eius, qua homo peccauerit. Deo autem & ipsis voluntate NON NISI EX VERBO DEI iudicandum, loquendum, & sentiendum est, & Majestas eius non scrutanda. 3. Paulò antè dictum est, si vera esset D. Beza, & frarum eius opinio de absoluto Dei decreto, quo Deus ordinauerit & decreuerit, ut homo peccaret: quis culpam in Deum iniurie conferret? quod lectoris iudicio committitur. Quod quidem in Thesi nostra quinta ipsorum propriis verbis magis aperte posuimus, ubi dicunt: CVR HOS potius, quam illos saluti vel damnationi DESTINET, causam ~~procurat apertissimam~~, NULLAM ALIAM esse, QVAM IPSIVS VOLVNTATEM. Quomodo ergo culpa in eos confertur, contra quos decretum æternum & immutabile NVDA & SOLA Dei voluntate, nulla alia causa ~~procurat apertissimam~~ præcedente, de ipsis damnandis factum est?

Dogma VI. damnatum à D.D. Vvirtemb.

Cunctos mortales quum Scriptura Sancta clamet, in unius hominis persona morti aeterna mancipatos esse, HOC NON NATVRÆ adscribi posse, sed ab ADMIRABILI DEI CONSILIO PROFECTVM esse.

Dogma VII. damnatum à D.D. Vvirtemb.

Quod lapsus Adæ tot gentes una cum liberis, tot infantes aeternam moriri inuolerit absque remedio, non aliam causam esse, quam QVOD DEO ITA VISVM fuerit.

Responso Th. Beza ad VI. & VII. Dogma.

Superius responsum, hanc quoque Thesin non recte scriptam refellit. Nec enim vel lapsus Adami

Adami aliunde quām à spontanea ipsius voluntate profluxit, vel posterorum eius contumacia, quām ex ipsorū corruptione promanat, quamvis absque decreto neutrū euerit. Vnde illud Prudentij scitissimè dictum: Nemo nocens, si fata regunt, quod viuitur, & fit: Imò nocens, quicunque volens, quod non licet, audet.

i. Quum ex decreto Dei sic ordinatē oportuerit homines primos labi, quemadmodum Thesi octaua & decima à nobis ipsorum verba recitata sunt: quomodo verē dici potest, non aliunde, quām ex ipsius hominis voluntate profluxisse? Quia in parte D. Beza & socij eius sibi ipsi manifestē & aperte contradicunt.

Dogma VIII. damnatum à D.D. Vvirtemb.

Deum ideo præscinisse, quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet, QVIA DECRETO SVO SIC ORDINAVERIT.

Responso Th. Beze ad VIII. Dogma.

Cūm ordine causarum nihil prius sciat Deus futurum, quām quod decrevit futurum, nisi (quod absurdissimum esset) absque Dei decreto aliquid esse vel fieri censemus: consequitur decretum i scientiæ præire, nec scientiam esse propriam rerum causam.

causa excludi non potest. Quod enim quis vult, & ipso ordinante & decernente fit: eius causa quoque iure dicetur.

i. Aliud est præscire, aliquid tam exitum habiturum: & aliud, decreto suo ordinare. Illud enim intellectus, hoc voluntatis est. Quæ voluntas Dei si in peccato Adæ concurredit: à

Dogma IX. damnatum à D.D. Vvirtemb.

Adamum non potuisse, nisi ex DEI decreto & ordinatione labi.

Responso Th. Beze ad IX. Dogma.

De hoc diximus ad dogma VI. & VII. i. Id magis confirmat tem. Si enim non potuit Adam labi, nisi Deus sic decreuisset & ordinasset, ut labi cum oportuerit: quomodo voluntas Dei lapsus eius causa non aperte à vobis constituitur?

Dogma X. damnatum à D.D. Vvirtemb.

O P O R T V I S S E hominem puritate & integritate sua excidere.

GG. ij.

Responso Th. Beza ad X. Dogma.

1. Hæc hypothesis, quam singit Beza cum sociis suis, non est modò falsa sed etiam impia, & in Deum blasphema. Scilicet, quasi Deus ab solutum decretum fecerit,

quale ab aduersariis singitur, tanquam in arcano Dei consilio sedissent.

2. Hæc hypothesis est vera; quia D O M I N V S decretum fecit, de genere humano per sanguinem Filij sui redimendo. Quod sine morte ipsius fieri non potuit. Sed non est absoluta necessitas, quasi non potuerit Deus omnia aliter ordinare.

Dogma XI. damnatum à D.D. Virtemb.

Quòd Deus nolit Reprobationi destinatos SERVARI, AVT ILlis MORTEM FILII PRODESSE.

*Iacobus Andreae D.
Lucas Osiander D.*

Responso Th. Beza ad XI. Dogma.

1. Nullum pium sensu sum his verbis inesse quod dicunt & afferunt aduersarij: Quòd Deus

1. Quo sensu rectè & orthodoxè dicatur, quod hic damnatis, exposuimus ad V. & VI. Thesin.

N O L I T reprobationi

destinatos SERVARI, AVT MORTEM filij sui PRODESSE: omnes verè pijs & in rudimentis duntaxat fidei & religionis Christianæ mediocriter institui facile intellegere & iudicare possunt.

Quæ vniuersa aduersariorum nostrorum doctrina, cùm ad eversionem totius Euangelici Ministerij, certitudinis promissionum diuinarum de Christo, Baptismi, Cœnæ Domini, Absolutionis faciat, & omnem consolationem pijs & afflitis conscientiis auferat, meritò fugienda est, sicut collatio, quæ sequitur, perspicue docet.

Theodorus Beza, Genevensis Ecclesia Minister.

Abrahamus Musculus, Bernensis Ecclesia Minister.

Petrus Hubnerus, Gracæ lingua in Gymnasio Bernensi pub. Professor.

Antonius Faius, Genevensis Ecclesia Minister.

Claudius Alberius D. Professor Philosophie in Academia Lansannensi.

Mompelgarti, 29. Martij, Anno 86.

Ad

*Ad superiores omnes D. Andrea observationes Th.
Beze reffponſo.*

Quum in iſtis obſeruationib⁹ nihil contineatur præter vaniſſima conuictia, non committam vt lectorum patientia diutiū vi-deri poſſim abuſus, à quibus mihi potius petenda eſt venia, quod & ante a dum premo aduersarij vſtigia, toties eadem inculcarim, & nunc rurſus reponam ad quæ iam toties & in prefatione vtraque & in ipſa diſputatione respondi. Quoniam enim ille quamuis (non iam vt collocutor, ſed rurſus ipſius Iuilliflimi Principis perſonam vel attripiens, vel ſibi impositam cupidè recipiens) finem, vt ipſe, grauiſſimus videlicet cenzor, pag. fuorum Actorum editionis 549. loquitur, abſurdis, horrendis, & maniſtē impiis Bezae ſer-monibus imposuit: nihilominus tamē præterea perorare voluit quatuor præterea paginis, addita breui, vt ad marginem appoluīt pag. 553. repetitione doctriña & Glosſarum Bezae: idcirco ad iſta quoque partim deminutè proposita, quæ vna eſt ex præcipuis falſandæ veritatis ſpeciebus, partim ementita, partim calumniosè detorta cogor & ipſe perinuitus respondere.

*Summa GLOSSARVM Bezae in controuerſia de Cœna Domini
à D. Andrea obiectarum.*

i. Hoc eſt corpus meum, id eſt, ſignificat corpus meum, ſiue, eſt ſignum & figura corporis mei à terra abſentis, & tantum in cœlo eſtientis.

Reffponſo Th. Bezae.

Duplex occurrit in hoc limine calumnia, Vna, quod mihi verbum SIGNIFICAT, vt nudè ac ſimpliciter poſitum obiicitur: quaſi diligenter & accuratè Sacramentalē ſignificationem, qui-cum rei ſignificata vera præbitio ſemper coniuncta eſt, à communī & vulgari non diſtinixerim. Altera, quod ſic iſta in me dicuntur ut etiam poſſint ad ipſius Cœnæ institutionis tempus referri, quaſi ſic inſianiam vt tum quum hæc diceret Christus, corpus ipſius à terris abfuſſe, & in cœlis tantum fuiffe doceam: quum tamen tunc tam in terris eſlet præſens vnde nondum diſceſſerat, quām à cœlis abſens ſupra quos nondum aſcenderat: neque tum tamen alia Sacramentalis fuerit præſentia quām nunc ſit. Iſtud autem non temere obſeruare hoc loco volui, quod nihil ſit tam absurdū quod homines iſti nobis affingere non audeant. Reſ auem omnis ita ſe habet. Euchariftiam dupli- re conſtar, extra controuerſiam eſt: vna ter-

rena, nempe pane ut signo in sensu ipsos incurrente: altera cœlesti
 nempe corpore illo Domini vero, tradito pro nobis: quod et si ve-
 rum corpus est è terra sumptū, tamen cœleste dicitur: partim quod
 propter gloriam, quæ naturā corporis illi non aderit, supra ipsos
 etiam Angelos sit euectum: partim quia in hoc mysterio non cor-
 poris sensibus, sed mentis oculis, ut externo signo repræsentatum,
 intuendum proponitur: & quidem utrumque ad hunc communem
 finem, ut neque panis oculis tantum corporis spectetur, sed & ma-
 nu accipiatur & ore comedatur: nec corpus illud Domini dunca-
 xat in memoriam reuocetur, sed verè quoque à nobis, Sp. S. virtu-
 te id operante, & fidei instrumento illud apprehendente, fiat no-
 bis æternæ vitæ cibus. Haec tenus ergo inter nos conuenit, ut arbit-
 ror: quod si satis attente ab omnibus expenderetur, de reliquis e-
 tiam in hoc negotio controuerfisi, nempe de Sacramentali cōiun-
 ctione, & rei significatiæ percipienda modo, iam pridem esset inter
 veritatis amantes cōstitutum. Sed ista plus satis iam sunt disputata.
 Tantum nunc dico, duas res numero, naturā disparatas, ad diuersos
 fines singulares, diuersis obiectis, (vnā videlicet corporis sensi-
 bus, alteram menti,) & diuersis quidem modis, vnam videlicet cor-
 porali, alteram spirituali modo, in hoc mysterio propositas, non
 posse vnam & eandem rem esse. Hinc autem necessariò consequi-
 tur, neque de ipso pane corpus, neque de corpore ipsum panem i-
 ntrapritur dici. At enim, inquires, vera sit oportet Christi oratio. O-
 mnino certè. Sed quum τὸ πνεύμα in illa prædicatione retineri veritas
 ipsa, sicuti modò diximus, prohibeat, nec fidei nostræ analogia vlo-
 modo patiatur: fateri cunctos non contentiosos necesse est, de ipso
 pane dici corpus, non quod panis sit ιντραπριτοῦ ipsum corpus, sed
 quatenus, ut Sacramentalis istius significationis vis & usus expre-
 sius declaretur, ad signum transfertur ipsa rei significatiæ appella-
 tio: ex phrasi, sicut à nostris toties est demonstratum, non tantum
 sacris literis tam familiari ut vix aliter de sacris signis loquantur,
 verum etiam communi loquendi usu confirmata, usque adeò ut i-
 nanes etiam picturæ appellari terum pictarum nominibus consue-
 uerint. Quæ hæc est igitur rixandi libido, verbum S I G N I F I -
 C A T. & voces S I G N I, F I G V R A E, & quām plurimas alias simi-
 les quas negari nō potest apud antiquos omnes patres orthodoxos
 Græcos & Latinos passim occurtere, haud secus quām prophanas
 & nefarias execrari: quum tamen aliter definiri sacramenta non
 possint, & sacramentalem significationem, eti non semper cum
 perceptione, prohibente accedentium vitio, semper tamen quod
 ad Deum promittentem attinet cum rei significatiæ vera præbitio-
 ne, sicuti par est cōtingamus? Vellent scilicet isti mei aduersarij, ut
 adiicerem pane significari corpus sua essentia in terris cū pane pre-
 sens, & iphi ori preberi: quod neq; corporis Christi veritas, neq; ei⁹
 vera

Vera suprà cœlos ascensio, & ultimo demum die futura reuersio, nec ipsa sacramentorum natura & finis spiritualis patiuntur. Sed etiam si, quod absit, istud largitemur, annon semper illud firmum erit, panem non essentia, sed sacramentali tantum significatione, verè dici ipsius Christi corpus? Certè si penitiū intuciamur ipsum Trânsubstantiationis dogma, quo panis in species panis quas vocavit, siue accidentia sine subiecto transmutantur: tanta vis est veritatis, ut propugnari non possit quin ad extremum ad Sacramētalem illam metonymiam recurratur: quoniam non magis species panis quam ipsa essentia panis possint *ὑπαρτίως* esse ipsum Christi corpus. Et hactenus quidem de illa obiecta nobis GLOSSA.

2. Qui indignè manducat & bibit, reus est sanguinis Domini, id est impii fiunt rei corporis & sanguinis Christi, non manducando sed negligendo, & repudiando corpus Christi.

Tb. Beza responso.

Error est scilicet, & quidem grauis, dicere cum Paulo, sicut sola fide Christo inserimur, ita Christo cum Belial, luci cum tenebris nihil esse commune, nedum ut Belial Christum, tenebræ lucem ipsam in se recipiant, aut lux recipi possit quin tenebras illuminet: & cum eodem Apostolo negare, participem quempiam esse posse mensæ Domini & mensæ Dæmoniorum. Sed præterea dicat D. Andreas, qua cōscientia, (an ut lectorem ludificaretur, quasi dicat Paulus indignè manducari & bibi corpus & sanguinem Christi?) expunxerit, *panis illius & poculi illius* voces. Nec enim simpliciter dicit Paulus *reum teneri corporis & sanguinis Domini, quicunque indignè ederit aut biberit, sed quicunque ederit, PANEM HVNC, aut BERIT HOC PO CVLVM Domini indignè*, quoniam vide licet sacri symboli cōtemptus in rem ipsam significatam redundat. Et hoccine est bona fide agere?

3. Non diiudicans corpus Domini, id est, Non diiudicans à communi pane, panem hunc Cœnæ Domini, qui habet nomen & appellationem corporis Domini.

Responso Th. Beze.

Non tantum diminutè, sed etiam depravato sensu ista scripsit D. Andreas. Nec enim hanc indignitatem, quam meritò taxat Apostolus, in eo vno positam esse dixi, quod indignè accedentes sacrum

panem à quois vulgari pane non discernant, vt in solius panis cōtemptu sifatur hēc in Christū iniuria: sed quod in ipsum Christi corpus, cuius sacramentū est sacer ille panis, redūdet. Mea n. hēc verba sunt in maioribus meis Annotationibus, *Discernere corpus Domini dicitur qui dignitatis illius habet rationem*, ut illud à ceteris rebus distinguat, ac proinde cum summa reverentia ad hunc panem & hoc poculum, non tanquam ad prophanos cibos, sed tanquam ad rei pretiosissimā mysteriā tremens accedat. Hoccine verò est quod iste facit, verum simpliciter dicere an calumniari?

D. Andrea GLOSSAE de Cena Domini.

Nunc autem audiamus qualem fesē hic præstet, qui nos vt Testamenti Domini corruptores tam acriter reprehendit: & annon ipse potius totam Cœnæ Domini institutionem, non certè contamincet, sed penitus destruat. Primum igitur in responsione ad Sperlingum, & in Thesibüs cōtra Heydelbergenses, catīsam Sacramentalis coniunctionis & prælentiæ negat ab Institutionis verbis esse petendam: vel aliam illam esse cum pane & vino sacræ Domini Cœnæ præsentiam, quam cum alia quavis creatura: vnde necessariò cōsequetur cādem prorsus ratione de re quavis dici posse. Hoc est Christi corpus, traditum pro nobis. Verba enim Cœna Dominicæ, inquit, tantum sunt verba dispensationis corporis & sanguinis, Christi, iam antè & ex alia causa communicata, videlicet proprietatis per unionem essentialiter in pane & vino, sicut in alia quavis creatura, præsentis. Annon verò istud est Cœnæ Dominicæ institutionem à fundamentis conuellere, vt eius loco merè Eutychiana hypostaticæ unionis definitio statuatur?

Sed & præterea dico & affirmo nullam esse in hac enuntiatione, *Hoc est corpus meum*, voculam quam iste sua interpretatione non sūstulerit: & idem dictum volo de altera institutionis parte, quæ ad sanguinem spectat: & nisi istud aperte euicero, nō recuso quin habebar impurus sycophāta. Primum igitur cōtendit in Malbrunnensi colloquio, per pronomen HOC demonstratum fuisse illum, quem manu prehensem & fractum Christus discipulis porrigebat, vt idem valeat HOC atque HIC PANIS: quamvis passim hoc sentiat ipse Lutherus, & vetus Brentius, (id est nondum aperte Vbiqūtarius) per synecdochen istud explicit: quam ne nūc quidem audent prorsus negare qui vetera certamina renouant, sed tam vulgarem esse volunt, vt propter ea tropus non sit in istam Christi enuntiationem inuehendus: quia scilicet, vt cum pontificiis scribere non verentur, nonnisi simplices locutiones Testamentis conueniant. Quid igitur D. Andreas iam & Luthero & Brentio suo oculationis? Vult periude loquutum esse Christum ac si mercator quispiam

piam piper saccō comprehensum monstrans, nulla sacci habita ratione, diceret, Hoc est piper: aut quispiam socio præbibens, & vi- num poculo contentum præbens diceret, Hoc est vinum Rhenanum, vel Alsaticum. Sed hæc huius phrasis interpretationem, satis eo refellitur, quod ipsius auctor postea interpretationem hanc restiuit, immo pertinacissimè tueretur. *Hoc est corpus meum, id est, corpus meum qd In, Sub vel Cum hoc pane,* quæ stare certè nullo modo posset, nisi panem illo pronomine demonstratum esse ipsem et præsupponat.

Iam accedamus ad verbum seu copulatum, E S T, cuius propriam & utrapartitam significationem, quum usque adeò pertinaciter ipse propognet, ut propterea quod ad Advoicar refugium, nos ut omnium perniciosissimos hæreticos excretur, re ipsa tamen manifeste tollit, idem esse volens *Hoc est corpus meum*, atque *In, Cum & Sub hoc pane est corpus meum*. Hac enim explicacione nō modo quod subiectum erat in Christi enuntiato veritut. in prædicacione, & contra veritatem, quæ manifestissima est falsatio, questione, que Quid sit quippiam dicitur, in questionem, ubi sit quippiam, transformatur: & pro Sacramentali coniunctione Spirituali à qua penitus Sacramentalis institutionis usus, in falsissimam vnius essentia vel in altera inclusionem, vel sub altera delitescentiam, vel cum altera comprehensionem degenerat. Et hoc est scilicet nō p̄t̄ seruare.

Denique si Vbiq̄stariis credimus, quodnam erit istud Christi corpus? Finitum, Visibile, Locale, in se permanens: & tamen ab ipso hypostaticæ unionis inomento, infinitè, inuisibiliter, illocaliter, vbique sua essentia præsens: ad peculiarem autem finem, In, Sub vel Cum pane illo præsentissimum, quotcunque locis Cœna Domini ex verbo ipsius celebratur: non quidem ut manu accedentium tangatur, (nam hic quoque aliqua subest religio, vel antiquæ potius superstitionis istud quoque reliquum) sed ori ingestum, & quidem suo cuique accedenti distributo proprio pane (num fortasse quod periculum sit ne si fractio panis seruaretur, ipsa quoque Christi corporis impanari substâlia laceraretur?) indignissimorum eritam ore re ipsa manducetur. Quid tandem rigitur integrum in sacra Cœnae institutione sic relinquit?

*GLOSSAE à D. Andrea obiecta Th. Beza in articulo de
Personâ Christi.*

I. Verbum caro factum est, item, Tu es Christus Filius Dei viui, id est, Homo cum Deitate unitus, est Homo qui à Filio Dei gestatur & sustentatur.

Deus compescat Spiritum mendacij. Egone vero hanc enuntiationem:

tioneini, Verbum caro factum est, ita sibi interpretatus, ut terminos enuntiationis innotescimus: & pro verbi subiecto, substituerimus personam secundum utramque naturam? utramque vero propositionem, quae naturae distinctione considerantur, inepte exposuerimus? quae certe corruptela ostendit hominem istum vel frontem penitus perficuisse, vel neque quid nos dicamus, neque quid in quem dicat intelligere. Res autem ita se habet. Prior illo enuntiato, subiectum declarat Christi Deitatem ut secundum in Trinitate personam: predicatum vero humanam naturam, & quidem ut singulariter & in Concretop. Sehlsus est ergo, Deus in verbo factum esse hominem, illius humanae naturae assumptione, id est illam sic & ead usque in se ipsum assumente, ut ei suam ipsius substantiam trahuerit. Et sic describitur illis Ioannis verbis ipsa personae verbi cum assumpta illa humana natura *etiam*, ex qua postea exoritur *Idioma christiana*. Sed neque in posteriore enuntiato in quo dicitur Christus Filius Dei viui, ullum nominatur idiomam, sed propria modis omnibus enuntiatione, Christo, id est personam tribuitur Filij appellatio, sive secundum diuinam naturam distinctionem, ut si de Petro loquens dixerim Petrum fuisse anima praeeditum, sive secundum utramque naturam, ut si Petrum dixerim fuisse hominem. Est enim Christus, quamvis non secundum carnem ut blasphemauit Euthenes, tamen etiam quatenus homo est, vere Filius Dei viui: quam hic homo per se non subsistat, ut somniauit Nestorius.

ii. Hic homo est Deus; id est Filius Dei cum humanitate vniuersus est Deus.

Tb. Beza responso.

Rursum hic occurrit eadem falsitas. Nam docemus quidem non alia ratione hunc hominem esse Deum quam quoniam in unitatem personae sit haec humanitas a Filio Dei assumpta: nec aliter verum esse illud enuntiatum: sed enuntiatum *etiam* cum enuntiato *etiam* minimè propterea confundendum est. Appellationes autem Dei & hominis, etiā naturarum idiomata includant, tamen non ipsa iunguntur, sed *solus* declarant.

3. Homo ille est Omnipotens, id est Deitas humanitati vniuersa est Omnipotens. Deus est passus, id est caro vniuersa Deitati est passa.

Responso Tb. Beza.

Meret calumnia, quāuis hic sit verissimus harum interpretationis sensus: Sed Vbi quicunque est non nostrum Concreta per Abstracta, ifidei Abstracta per Concreta explicare, & quidem duplicato errore, dum Homo explicatur per Deitatem humanitati vniuersitatem: & Deus per carnem Deitati vniuersitatem: quae crassissime dicuntur. Nos autem docemus ex sacra scriptura usu & omnipium patrum Orthodo-

Orthodoxorum aduersus Nestorium & Euthychen scriptis, personam s̄pē totam, quoniam vna est, ab altera tantum natura denominari, id est Hominem vel Deum, sed non nisi in Concreto: & hinc fieri ut per d̄rtidōr, ista p̄tare vnius naturae, id est vel diuina homini, vt quum dicitur Homo Omnipotens, vel humana Deo, vt quum dicitur Deus esse passus, tribuantur: que nisi prudenter distinxerintur ita ut diuina homini quidem, sed n̄at' & & humana verò Deo itidē r̄at' & & attributur, necesse sit (vt Cyrilus præsertim infinitis locis admonet,) in Euthychetis Charybdin incidere, quāvis tum diuina tū humana toti persone r̄at' autē tribuat: sed distinctis semper ut hypostatica definitio postulat singularem naturam proprietatis, non minus quam iphis naturis. Itaque vehementer etiam falluntur qui per r̄orari i diuina non minus attribui diuina r̄at' autē personæ ab alterutra natura in Concreto denominata existimant, quam quum dicitur Christus est Omnipotens vel Christus est passus: ne inquietum personam cum Nestorio diuidamus. At ego contrarium affirmo ne naturas cum Euthyche confundamus. Hoc verò si vel non intelligit, vel intelligere se dissimulat D. Andreas, num propterea sum hereticus: vel nullis GLOSSIS verbum Domini corrumpo?

D. ANDREAS GLOSSA in tractatione de Christi persona.

I. In illud Iohannis, Verbum caro factum est, ecce qualis D. Brentius & D. Andreas Christus sit Deus. Ex isto Euangelij dicto, Verbum caro factum est, quod de Christo dicitur non de Petro, & discrimen Christi & Petri (inquit Brentius pag. recognitionis 40.) eo statuendum est, quod Filius Dei etiā sua essentia implet Petrum sicut & hominem Christum, non tamen communicat Petro omnes suas proprietates, sed tantum nonnullas. D. autem Andreas in Apolog. ad Thes. Ingolstadi. Homo Christus, inquit, dicitur Deus, non quia Deus sit in ipso (qui in omnibus creaturis est, non modo natura sed etiam secundum subsistētias) sed quia in assumptione carnis dedit huic homini omnem potest. item in celo & in terra. Item, Divinitas hominis Christi non est illa cōdōmna & eternacum patie & spiritu essentia communis, sed communicata à secōdā hypostasi.

De humanitate vero Christi ante & post ascensionem in celos sic scribit Brentius pag. Recognit. 273. Christus non erat in sepulchro (mortuus videlicet) qualem muliercula quievabant, neque iuxta eum exhumum aspellitum. Erat autem non in sepulchro tantum, verum etiam & in celo & in terra iuxta diuinitatis sue maiestatem. Et alibi in eodem scripto, Christus secundum humanitatem, sine humanitate sua erat eodem tempore in presepi in Bethlehem, & in celo ad dominam patrem. Et D. Andreas in illis Thesibus blasphemiarum Euthychianarum plenis. Corpus Christi gloriosum non amplius est proficuum, sed Spiritus HH ij.

rituale. Item, Certum est, inquit, ex Christi verborum sententia eius humanitatem fuisse in celo, & sublimiorum quam in celo quam esset in terra. Item, Humanitatem Christi ex quaenam eius diuinat potestia, & Maiestate. At idem tribuit huic humanitati Omnipotenciam & Optimam auctoritatem, ac proinde duæ sunt in Christo Omnipotentes, Omnipresentes, Omniscientes, Omnimaiestates naturæ quibus potestis quid dici potest monstruosus: & corporis substantia invisibilis, illoqalis, ubiq; tota, quinam verè corporea esse potest? Audieramus ergo Brentium pag. Recog. 143. Quod dicit Theodoreetus & alijs corpus humanum Christi habere in altero seculo eandem circumscriptiōnem quam habuit in hoc seculo, nullo recte intellectu sacra Scriptura & simonia dicit, & est puerilis cogitatio de rebus cœlestibus. Contra Augustinum de essentia Divinitatis, Dei Filium in homine assumptum visibilem, corporeum atque localem post resurrectionem non credere & profiteri, est profanum. Et epist. 146. Ego corpus Christi vita in celo esse credo, ut eras in terra quam ascenderes in celum. Et quemadmodum ipse Christus discipulis de resurrectione ipsius dubitantibus ait, Palpate & videte spiritus carnem & ossa non habet. Et Ambros. Epist. 22. Eadem in Christo corporis veritas est que in nobis. Et Vbiquitaris felicet Omnimaiestas potius credemus?

De hypostatica verè vnitione sic totidem verbis scribit idem D. Andreas, in iisdem Thesibus. Res omnes à Deo subsistentia lites sustentantur. Item, Christus homo hoc habet commune cum omnibus sanctis, quod cum eo Deus personaliter fuit unitus. Quis verò existimasset Nestorium, toties totius Ecclesie consentiu ipso verbi Dei gladio iugulatum, reuiniscere nostris temporibus potuisse: & quidem in altera Eutychianæ impietatis parte, nempe in proprietatum confusione, cum Eutychete compostrum siquid amissum.

Vado paratus vobis locum (inquit Christus Ioh. 14. 2.) id est, (interpreti Breto pag. recognitio nis 144.) Vado ad mortem quam paraturus sum vobis parrem propitium, ut vos mecum perennè felices redat. Non enim loquitur de loco, sed metaphorice de felicitate & beatitudine.

Ait Christus Ioh. 14. 3. Veniam, Ergo discessit verè & tu hunc vere uenier. Contra D. Andreas in illis iisdem Thesibus pag. 63. Quoniam corpus Christi non sit amplius physicam, sed spirituale, quis id dicet moueri de loco ad locum? Immò, bone vir, Paulus non opponit corpus & omnia sed lux & spirituali. Et Angeli, Act. 1. II. Ita uenies, inquit, quemadmodum SPECTASTIS EVM proficiunt in cœlum. Et August. in epist. ad Datdanum. Christus, inquit, carni sua immortalitatem dedit, naturam nō abſtulit. Quid plura? Si physicum defit esse Christi corpus quoniam à Verbo assumeretur, quod erit hypostatica vnitio diuinarum in Christo naturarum initium? Sin verè post ascensionem ascensio profecto illam dissoluerit. Et hoc scilicet

cet non est GLOSSEMA planè Satanicum?

Eodem loco Christus, *Veniam*, inquit, *ve rbi sum ego & vos sitis:*
& Ioh. 14.10. Philippum alloquens, Non credis, inquit, me in Patre &
Patrem in me esse? Est ergo Christus in Parre, (inquit D. Brentius) *&*
quoniam credentes ducat eò ubi ipse est, sequitur ut faciat VT ET IPSI
SINT IN PARRE, id est habeant propitium patrem, & fruantur
vnà cum ipso paterna hereditate. En ergo rursus GLOSSA qua
scilicet egregie explicatur trium personarum & cunctarum, nobis
scilicet cum Filio Dei commune. Et hoc non est Trinitatis myste-
rium à fundamento conuellere?

Bilis Dei non assumptus Angelos sed semen Abrahae, inquit A-
post. Heb. 2.16. id est (inquit Brentius pag. illius Recognit. 66.) *Ho-*
minem assumptum in cœlesti & diuina gloria collocavit, id est exequavit
Diuinitati gloria, potentia & maiestate: vt repetit ex Brentio D. An-
dreas in disputat. de Maiestate hominis Christi Thes. 26. Idem &
alibi, id est λόγος per humanitatem Christi omnia administrat.

Apostolus, Ephes. 3.10. Ascendit supra omnes cœlos ut impleret
omnia, id est interpretibus Vbiq[ue]stariis, iam tunc quoniam assumeret
carnem Filius Dei, effudit in eam omnes suas proprietates, ac præ-
fettim Omnipräsentiam essentiae suæ in res omnes creatas sine ex-
ceptione: sed peculiariter in panem & vinum Cœnæ Domini, non
*ut ibi sit qui iam antea vbiq[ue] est, sed ut ibi dispensetur ore man-
*ducandus & bibendus essentialiter ab omnibus accendentibus di-
*gnis & indignis. Sic igitur descendens ascenderit. Et quid erit ista**
ascensio? Externum spectaculum, inquit Brentius pag. 167. usque ad
nubes. Et pag. 191. Christus dicitur corpore seu humanitate sua penetrasse
cœlum, & ascendisse super omnes cœlos, non quod deseruerit hoc cœlum,
(quoniam verò hoc vñquam solinuauit?) aut terram & quæ in eis sunt.
*(Et quis vñquam orthodoxus hoc negauit?) Sed quod non in hoc cœ-
*lo ita bareat, ut non etiam omnia impletat.***

Christum, ut tradit Scriptura, & Symbolum Christianorum
omnium docet, credimus ascensione demum sua ingressum fuisse
in regni cœlestis gloriam, quod ad Deitatem quidem ipsius Christi
attinet, nunquam diminuti, ne dum derelicti: sed quoniam tempore
carnis assumptæ, sub infirmitatis velo delituerat, recepti: Humanæ
verò naturæ respectu, absorpta infirmitate Crucis, recipi tunc de-
mū sibi dati: quod Sessione in cœlis ad dextrâ Patris declaratur. At
Brentius autem pag. 247, ethi Christus (inquit) ab EXT ERNO-
*SP E C T A C U L O ascensus sui in cœlum, dicitur consedisse ad dext-
ram Patris sui. Omnipotens, tanen veritas huius rei non tunc primum
facta est, quoniam Christus ascendit visibiliter in cœlum, & misit discipulis
suis Spiritum Sanctum: sed quoniam Verbum caro factum est & assumpit
humanitatem in Deum, id est, ut ipsem explicant pag. 166 paulo ante à
*me citata in cœlesti & diuina gloria tam tunc ipsum collocavit.**

Coloss. 2. 9. Inhabitat, inquit, Apostolus in Christo omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, id est, inquit, D. Andreas in illa sua apolog. ad Thes. Ingolst. pag. 37. Inter inhabitationem Dei in sanctis & in Christo HOC VNVM est discrimen quod Sanctis distribuit sua dona di- mensa, Christo autem immensa. Et hoc scilicet non est Christi excedere & creare. Quia in Nestorianam & in Apollinarianam & in apocryphas formatae?

GLOSSÆ à D. Andrea Th. Beza obiectæ in tractatione de Baptismo.

1. *Apostolus ad Tit. 3. Baptismum vocat Lauacrum regenerationis Spiritus Sancti, id est ex Bezae glossa, Signum Lauacri quo lauacrum regenerationis significatur & representatur.*

Responsio Tb. Bezae.

Si negat D. Andreas exteriore aqua lauacrum representari interierem interioris hominis per Spiritum Sanctum mundationem, ostendat igitur quod sit signum in baptismo, & quæ sit res significata. Nā utrumq; simul aut ponatur aut tollatur necesse est: sublatto vero etiam alterutro, dicat D. Andreas eur Baptismum inter Sacramenta numeret. Cæterum Apostolum eo loco lauaci nomine & signum & rem significaram comprehendere, veluti quum de Cœna Domini loquens, Panē & vinum esse dixit corporis & sanguinis Christi: a quos omnes lectors mihi concessuros confido. In has autem absurditates illam incidere mirum non est, qui propter ea quod Vnus est Baptismus, id est nunquam repetendus, & in unicum Christum, per unicam fidem tendens, ferre non potest distinctionem inter exteriorem Aquæ baptismum à Ministerio administratum, & vim illam interiorum Spiritus Sancti nos à peccatorum sordibus omnibus eluentis, & mortificato veteri homine in vitam nouam resurrectione Spirituali edificantis.

2. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, id est obsignatus per Baptismum aquæ ad futuram & suo tempore subsequenter regenerationem, idque in electis tantum qui in senecta demum saxe numero regnascuntur.*

Tb. Bezae responsio.

Adulitos ad baptismum accedentes, tantum abest ut negarim re ipsa regenerari, ut contraria, quum professio fidei ab ipsis ante baptismum requiratur, & vera fide Christus vere apprehendatur, dixerim & dicam, prius & tempore & ordine ipsos (nisi, quod Deus in illis adhibeti, non ut tunc primum regeneretur, sed ut hæc gratia in

in ipsis obsignetur, sicut Abrahā credentiū pater circūcisiōnē, ante in præputio iustificatus, accepit vt iustitiæ fidei ὅμοιον καὶ σόματί^ν d^ος. In fantes verò, quo fructu Baptismi Sacramēto in fœdere Domini obsignetur eo ipso quo baptisatūt mōmento, siquidē ante rationis vsum ex hac vita excedant, explicare, desumptis ex Dei verbo testimoniis & argumentis, studui. Non esse verò restringendum Baptismi fructum, ad id momentum quo Baptismus administratur, siue in infantibus qui sunt ad adolescentiam peruenturi, siue in adultis ad baptismum accedentibus, affirmauī & adhuc affirmo. Ex his autem tribus si D. Andreas primūm reprehēdit, dico ab ipso non intelligi, neque quis sit fidei effectus, neque discrimen quo Verbi simplicis prædicatio à Sacramentorum administratione, id est ipsa in fœdus receptione ab eiusdem receptionis obignatione distinguitur. In secundo necessariis argumentis & auctoritatibus spero me probasse habitum actualis fidei nec posse nec debere, nec necessarium esse in infantibus fideliām, id est Christianismum profidentium: qua tamen in re si fortasse hallucinatus deprehendar, doctiorum indicium libenter audiam & sequar. Tertium oppugnare D. Andreas non potest quin priūs demonstret vnum saltem ex his tribus falsissimis: nempe, vel prodesse baptismum absque baptisatorum fide, id est ex opere operato, vt Scholasticī Sophistæ loquuntur: vel fide verè esse præditos quicunque baptisantur, siue infantes siue adulti: vel quicunque in infantia baptissati, postea cōtrariis & fidei & regenerationi fructibus, se fidei & veræ religionis atq; Christianitatis expertes esse testantur, à fide prorsus excidisse, quod fieri posse inter cætera noster aduersarius pernicioſissimè docet: vel esse istos resipiscentes rebaptisandos, si Baptismi priūs recepti fructus ad totam vitam non extenditur, à quocunque initio fides baptisatorum inchoëtur.

3. Actorum 8.13. Simon verò & ipse credidit, id est, simulauit Se credere.

Responsio Th. Bezae.

Sicredendi Verbum de non simulata fide nunquam dici vult D. Andreas, ostendat, quum miris modis cetera Spiritus Sanctus dona possint simulari, fidem inde esse excipiendam: & quānam sint illi falsi fratres, quorum ineminit Apost.2. Corint.ii.26. & Gal.2.4. peltes Ecclesiarum nocentissimæ: & quæ fides illa mortua, Iacobi 2.26? De isto verò Simone stare malo ipsius Petri testimonio Act 8. 21. quam D. Iacobo Andreæ assentiri: vt omittam quæ suprà de hoc ipso Simone suo loco exposui.

4. Actorum 23. Sequente nocte astitit Paulo Dominus, dicens confide Paule, id est, in visione nocturnaei apparuit.

Responso Th. Bezae.

Nihil hoc ad Baptismum. Sed veritus est aduersarius meus, ne
hæc quoque Glossa sibi excideret. Visionem autem hanc suisse int
tellectualem, ut in scholis loquuntur, non corporalem, primùm
articulus veræ Ascensionis ad ultimum usque diem duraturæ irr
fragabiliter confirmat, de qua loquens August. In tantum, inquit,
non est HIC, ut etiam venturus ē celo speretur. Deinde ne quis
hic fortassis aliquid extraordinarium somniet, istud aliorum simili
lum locorum collatio manifestè probat, ut Act. 9. 10. & 12. vbi nor
men sp̄uans exprimitur, quo nunquam corporalis aspectus si
gnificatur. Immò ne ex eo quidem quod codem capite Iesus diez
tut Paulus visus in via, & quod repetitur 1. Cor. 14. 8. colligi debet
Christi corporis præsentia in terris. Tum enim ut scitè inquit Au
gust. caput loquebatur ē cœlis, membrum autem iacebat in terra
& propterea quoque Actorū 22. vbi dicit etiam Paulus sibi Chri
stum in ipso templo visum, exprimitur nomen ēnḡ. Nulla igit
tut Glossa, sed vera interpretatio in eum locum & alium similem
Act. 27. 23. à nobis affertur, ne secum pugnet veritas. Sed ipse noster
aduersarius, quomodo glossam hīc suam excusabit? Nam si verum
est Vbiq̄itatorum cōmentum de vera & reali corporis Christi in
omnibus locis præsentia, quid aliud declarabit verbū AD STITIT
& VIS VS EST quām Q Y V M iam antea adstaret, ex inuisibili fa
ctus est visibilis? Et hæc quidem sunt nobis obiecta glossæ in tracta
tione Baptismi, in qua quām multis modis à vero aberrarit noster
aduersarius, & penè quicquid de Baptismo rectè & Orthodoxè di
citur depravatur: modò ut olim Circumcisionem, vnam quidem
carnis alteram Spiritus, ita nunc Baptismum propterea quod unus
est, duplē esse unum exteriorem aquæ, alterum interiorem Spi
ritus negant: quum tamen ipsa Christi persona, quæ una est, sit na
turis duplex: & singuli homines ex corpore & anima compositi:
immo & ipsa anima regenerata, quæ certè una est, in veterem &
nouum hominem, sive carnem & Spiritum distinguitur, modò
vnam ipsius Spiritus Sancti propriam, externo verbo & aquæ ele
mento inserens: modò Baptisini Sacramentum exinaniri in se
somnia, nisi omnes & singulos baptisatos sine exceptione certò
statuamus reipsa baptismi efficaciam consequi: modò infantes
omnes eo ipso momento quo baptisantur actuali fide donari af
firmans: modò fidē illā, qua una interueniente Christus apprehen
ditur, quæ solis electis propria & peculiaris est, quæ deniq; anchora
in illā immutabilis Dei de nobis in filio seruandis voluntatem con
iecta tum in Verbo tum in sacramentis patefactam & Spiritus
Sancti testimonio in credentium cordibus certioratam, sola fidem
& spem nostram in omnibus quantumvis vehementibus tempe
pestatibus fulcit, excidere & penitus amitti posse tradens: hæc in
quam,

quam, & alia consimilia.

*CLOSSÆ à D. Andrea obiecta Th. Beze intra-
statu de Predestinatione.*

1. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, id est, volo mortem morientis peccatoris ad damnationem creati.
2. Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, id est, nolui cōgregare vos quia ad æternam damnationem vos creaui, ordinaui, destinaui.

Responsio Th. Bezae.

Vt quām sit istius hominis in corrumpendis omnibus verē & rectē , tum ex puro Dei verbo , tum ex orthodoxo aduersus Pelagianos Ecclesiæ consensu dictis, intolerabilis audacia, vide, si liber, Christiane lector, quid in hęc loca scriperim de damnationis causis pag. 158. de voluntate Dei absoluta qualēm iste mihi affingit pag. 161. & deinceps: quatenus Deus damnationem reproborum velle sit dicendus. pag. 164. & 188. in Ezechielis locum pag. 168. & 196. in locum Matth. pag. 169. de voluntate Signi & Beneplaciti pag. 173.

3. i. Iohan. 2. Ipse est propitiatio nō pro nostris tantum,
sed pro totius mundi peccatis, id est, electorum tantum
ex mundo.

4. Ioh.3. Sic Deus dilexit mundum, id est, electos tantum in mundo.

Responsio Th. Bezae.

Rutsum hæc omnia calumniosè. Nam Mundi quidem appellata-
tionem auctore ipso Christo, ad eos solos restrinxi quos dat ipsi
Pater, iis exclusis pro quibus se nō precari, ac proinde missum non
esse à Patre testatur. Sed causam adieci cur electorum vniuersita-
tem Mundum appeleret, & quidem totum, nempe, propter subla-
tum omne gentium discrimen. Negat D. Andreas? Respondeat illi
Apostolus tota penè ad Galatas epistola, & Ephes. I. Act. 2. & Rom. I.
Euangelium, inquit, est potentia Dei ad salutem OMNI CRE-
denti, id est, Iudeo in primis ac etiam Græco.

5. 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, id est, aliquos. Luc. 24. Oportet prædicari pœnitentiam in omnes Gentes, id est, alias. Rom. 11. Deus omnia conclusit sub incredulitatem ut omnium misereatur, id est, aliquorum, 1. Pet. 3. Vult Dominus omnes ad pœnitentiam reuerti, id est, aliquos.

Responsio Th. Bezae.

Responso P.B.D.L.
Compescat Dominus calumnia ac etiam falsitatis Spiritum.
Respondi ad illa omnia sigillatim, tum ex locorum Scripturæ col-

latione, tum ex Augustini præsertim testimonii, tum firmissimi
 etiam rationibus. Nec vñquam OMNES sum interpretatus ALI-
 QVOS sed, QVOSVI S ex omni hominum numero diuinis
 electos, qui & ipsi suam vniuersitatem cōstituunt: quam interpre-
 tationem mirum nō est D. Andream impudenter deprauare quām
 refellere maluisse, quoniam illud quidem sit facillimum homini in hac
 arte exercitatisimo, istud verō ne tentare quidem possint homi-
 nes veritatis amantes. Quid si verō ex tot illius non tantū falsis,
 sed etiam crassis & ridiculis GLOSSIS quas vocat, hanc vnam
 ipsi obiciam in illum Apost. locum, *Deus quos vult misereretur, id est,*
Omnes? & Quos vult inducere, id est, Nullos? Hoc enim vtrūq; ex ipsius
 dogmate necessariō consequitur Nempe, suo more, pro refutatio-
 ne quicquid ipsi in buccam venerit, anathemata, & conuictia mihi
 reposuerit. Et tamē, si huic calumniatori nostro creditur, ne vnum
 quidem Scriptura testimonium protuli, GLOSSAS repetij, fal-
 fas ratiocinationes recitaui, non modū Christum ex Sacramentis,
 sed etiam ipsum Verbum promissionum diuinarum de gratuita re-
 missione peccatorum sustuli. Denique omnem sacræ Scripturæ &
 Sacramentorum vsum in perturbatis erigendis conscientiis abro-
 gavi, omnēmque adeò certitudinem nostræ salutis consequendæ
 prorsus euerti. Que omnia, inquit bonus iste vir, quum à nobis fir-
 missimis sacræ scripturæ testimoniis sint confutata, MANIFE-
 STVM EST OMNIBVS VERBVM Dei & textum Scri-
 pturæ sacræ stare pro nostra parte apertissime. Hæc tum ille Sten-
 tore a voce, ad quæ etiā mirabat Illustrissimum Principem posse
 conniucere, tamen memor potius quid me quām tam audacem ad-
 uersarium deceret, & maximè audientium partis obmurmuratione
 contentus, ea respondi, non quæ merebatur illa Thrasonica iacta-
 tio, sed quod mihi tunc suggestit Solomon, silentium mihi hac in te-
 imponens proverb. 26. 4. cuius tamen responsionis meæ sum-
 mā eādem fide qua plerasque alias exceperunt, & in hæc Acta
 retulerunt ipsius amanuenses. Contrā verō quibus commen-
 tis & deliriis ille dogmata sua ab initio ad finem usque propugna-
 rit, penes æquos & veritatis amantes lectores iudicium esto, tantil-
 per dum (quod omnes boni magnis suspiriis iampride exoptant)
 à piis Principibus & cinitatum Magistratibus impetrari possit le-
 gitimus aliquis verē Theologorum & moderatorum hominum
 conscientus, in quo, exhibita contentiosorum perulantia, de con-
 trouersis istis omnibus ex Dei verbo constituatur. Interea verō, si
 ue tam necessarium ad constituendam Ecclesiarum pacem reme-
 dium Dominus nobis tandem cōcesserit, siue sic merentibus nostris
 peccatis procedet etiā longius effrānis ista ad quiduis scribendū &
 propugnandum licentia: mihi quidem certum est atque constitu-
 tum, ne voculam quidem deinceps ullis istiusmodi hominum scri-
 pitationi-

ptitationibus opponere: veritatem interim minimè, Deo fauente
quandiu spirabo, prodituros: sed ita ut istorum fricandæ scabiei &
irritando pruritui, ne tantillum quidem temporis in vanum con-
sumendi deinceps impendam.

*In quinta collatione de Predestinatione, in his
consensum est.*

*Vtrinque conuenit in iis omnibus, qua ad eternum electionis seruan-
dorum decretum & eorundem in Christo salutem pertinet.*

In hoc autem non conuenit.

*Quod R.D. Collocutores Virtemb. nullum aeternum reprobandum
decreta agnoscunt. Deum enim omnes & singulos ab eterno dilexisse in
Christo, & saluari velle. Quod autem tam multi pereant, tribuendum esse
ipsis, quod Deum vocantem neglexerint.*

*Alterius autem partis Collocutores docent, exitium quidem eorum qui
pereunt non à Deo, sed ab ipsis, id est ab ipsorum corruptione & eiusdem
fructibus proficiisci: sed hoc non obstat quominus Deus, qui potuit nullos
etiam absque illa iniustitia saluti in Christo destinare, & qui nulli de-
bitor est, decreuerit ab eterno quos ipsi libuit in nativa ipsorum corruptione
relinquere, ob ipsorum tandem peccata damnandos.*

Summas istas superiorum singularum disputationum bona si-
de fuisse à nobis collectas & quous lector ex ipsarum inter se compa-
ratarum theseorū vtrinque exhibitarum collatione deprehendet,
quas quum finita disputatione ad D.D. collocutores Virteinber-
genses, vna cum hoc apposito scripto, in ipsorum cubiculū missemus,
fore sperantes ut illis subscribere non recusarent, & ita magnum
operæ pretium ex hac collatione domum referemus: illi contrà ad-
dictis istis ipsorum manu ad marginem annotationibus, illas paulò
post remiserunt. Erat autem illud scriptum his verbis conceptum.

*His ita positis, quum¹ in fundamentis ipsis Christianæ re-
ligionis, non obstantibus iis de quibus adhuc non conuenit,
vtrinque consentiatur per Dei gratiam, & p̄es sit Deum Opt.
Max. tandem, prosua infinita clementia, daturū ut omnes per
omnia consentiantur: utrinqueque partis collocutores mutuā amici-
tiam² & fraternitatem datis dexteris sponderunt: utrinque
polliciti se apud quoscunque potuerint bona fide curaturos
ut deinceps ab illis odiosis vocibus Zwingianorum, Calui-
nistarum, Sacramentariorum, ut & Lutheranorum, Brentia-
norum, Viquitariorum, Consubstantiatorum & ceteris eius-
modi, tum in concionando, tum in loquendo & scribendo: ab
omni denique amarulentia abstineatur, & Ecclesiarū Chri-
stianarum aduersus communem hostem Pontificem Roma-
num, concordia quibuscunque fieri poterit rationibus conci-
lianda ac promouenda sinceras animis studeatur.*

*AN. N. OT.
ad margin.
D.D. Vir
temb.*

*1. Vtinā es-
set verum.
2. Hoc sic-
ri nō potest
ex parte no-
stra bona cū
conscientia,
donec erro-
res suos ab-
iecerint.*

Responsum ad superiores annotationes.

Etsi verò repulsa istam passi, satis intelligebamus quis esset aduersariorum nostrorum animus, idque maximo nostro cum dolore, præfigentes nimirum, quod mox evenit, fore ut ex hoc ipso colloquio ariperetur, nō tantum veterū renouandorū, sed etiam nouorū excitandorū certaminū occasio: tamē vt nihil intentatū relinqueremus, præsentē ipso Illustris. Principe eadē ab illis quam benignissimè ac penè deimississimè fieri potuit postulauimus, sicut pag. 566. continetur. Ad ea verò quum D. Andreas, vt ex ipsius verbis ab ipsomet editis apparet, exulcerato prorsus animo respondisset: mirari se testatus quomodo eorum fraternitatem expeteremus, quibus tot errores & tot damnatas hæreses Beza scriptis publicis obicerit, quos tamen ipsi non doceant sed detestentur: de hoc quoque vt & de superioribus annotationibus dicendum aliquid putavi. Fateor igitur me, viuuo adhuc & superstite D. Brentio, quum ipsius Recognitionem, quam appellat, oppugnarem, scripsisse, & vt adhuc arbitror, apertissimis scripturæ & Orthodoxæ veteris Ecclesiæ testimoniis prolixè quoque scripto libro ostendisse Ubiquitatem, siue Omnipræsentiam quam vocant, Carnis Christi dogma, ex Nestorianismo quo naturæ separantur, & Eutychianismo quo proprietates naturarum confunduntur esse conflatum: sed nullis sanè contutiis, immò à me multis precibus postulata ab Illustriss. & humanissimo, beatæ memoriae Principe Duce Christophoro, placida & Christiana super hac controuersia collocutione. Illum enim ipsum Illustriss. Principem ab hoc consilio minimè alienum antea fuisse, tribus apud ipsius Celsitudinem pro Gallicis Ecclesiis obitis legationibus cognoveram. Deinceps autem quānam ignem istum foderint: & nostrarum partium Theologos ad scribendas tot Apologias adegerint: & me quidem inter ceteros, licet, cuius rei testes omnes vitæ meæ inspectores appello, minimè ὀξύχολος coegerint vehementius cum nonnullis agere: testes appello lectores eorum quæ vtrinque sunt perscripta: ac eam præsertim epistolam meam quam D. Hessiandi libellis quibusdam, pereruditè & orthodoxè scriptis, & ad has cōponendas controuersias per-accommodatis, præfixam, Illustriss. illi Cattorum Principi ac Dominō Dn. Gulielmo Hassie Lantgrauio inscripsi. Sed quām malem ego sic de præteritis, & quid ad res ipsas, & quid ad styli rationem attrinet vtrinque cogitari, vt futuris, eo quo decet Ecclesiarum pastores ac Doctores animo, caucretur: neque communibus aduersariis profanæ aduersum Dei veritatem exultationis occasionem diutiū præberemus? Quid autem D. Andreas miratum se fuisse dixit, ego minimè miror. Immò mirarer si ab ipso factum non esset. Dixi quāuis inter nos in ipsis grauiissimis disputationibus non conuenerit, tamen de ipsis fundamentis Christianæ Religionis conue-

conuenisse: quod in illa sua obseruatione verè à me dictum fuisse optaret, ego verè à me dictum esse contendō. Quod enim ipsi fundamētis istis superstruunt, quocunq; nostræ collationis caput spectetur, affirmo non aliunde melius & certius quā ex substratis & concessis tum ab illis tum à nobis fundamētis destrui; & verè an falso istud dicam non recuso quin æqui lectores omnes, perfecta eorum in quibus consensimus & dissensimus summa, dijudicent. Sed istos *skepticos* in Ecclesia ita se gerere quis mittetur: qui ne à se quidem istud peti paterentur, si saltem veteris Ecclesia historiam legerent, & imitandum sibi proponerent veterum doctissimorum & religiosissimorum Episcoporum exemplum, ut qui nō tantum fraternitatis communis, sed etiam mutua inter Episcopos reverentia memores perpetuò fuerint, etiam ad eos scribentes qui iam erant damnatissimorum errorum rei, nondum tamen auctoritate Synodica exauktorati: Quid quod Apostolus ipse fratrum appellatione Achaicas & Galaticas Ecclesias compellare non denguatur, quum tamē apud illas quidem de ipso resurrectionis carnis capite non leuiter disceptaretur, istæ vero maxima ex parte ad falsum Euangelium descivissent? At nos, Dei gratia, minimè veremur quod est illis nostris aduersariis potius metuendum, alioqui minime tot iam annis in iusta ac legitimæ sanctarum Ecclesiarum Syndodi efflagitatione persecutari: cuius loco viderint isti: quod pudore, & qua conscientia, & qua audacia, piorum principum facultate abutentes, obtrusis, quod nunquam in Ecclesia licuit, paucolorum *avulspétorum* definitionibus, & eorum quidē ipsorum quos potius suorum scriptorum ac factorum rationem reddere oportuit, tot conscientias turbarint, tot Ecclesias fidis pastoribus ac doctoribus spoliariint, denique damnata (quantum in ipsis fuit) omni doctrina, pietate, probitate ceterisque virtutibus omnibus illustrium virorum memoria, quorum ne crepidas quidem lingere isti merentur, tantam in Academias Germaniae celebratas, ingratii præceptoribus suis discipuli, vastitatē induxerint. Ut ad rem redeam, verum est fuisse per nos obnoxie flagitiam fraternitatis dextram, non quasi per omnia consentitemus, sed ut omni offensione animorum sublata, placide disquisitioni deinceps aditus pateficeret. Sed quod recitat in his suis actis D. Andreas, nos recusasse dextram amicitiæ porrigit, cādem fide narrat quā plerique alia vltro eitrque domum reuersi, iis quas suo loco protulí epistolis perscriperunt. Nec enim illud ita se habet. Sed hoc verum est, quum disertè nobis fraternitatem spondere recusarent, respondisse me dextram, id est eius rei signum præbere, quod te ipsa dengarent. Hinc autem certè colligere quoque debuerunt nostrum non esse sacramenta, sicuti nobis obiciunt, rebus significatis spoliare, quum in externis etiam negotiis omnem hypocrisin verbis.

& re ipsa detestemur.

Quod autem ad illam narrationem attinet, Gallis religionis causa tunc profugis: & Mompelgardi, ab Illustrissimo Principe, humanissimè exceptis, quam D. Andreas additis etiam suis scholis subiiciendam suis illis Actis puravit, hæc tantum habeo quæ respondeam. Verum est utrumque Illustrissimi Principis responsum Gallis datum, ac præsertim posterius, mihi iam equum conscedenti in manus traditum. De cæteris absens testari nisi ex auditu nihil possum. Hæc autem ex honestissimis & optimæ fidei illorum non paucis audiui, verissima esse & ab ipsis notariis & testibus audita & descripta quæcunque illo de quo Illustrissimus Princeps conqueritur instrumento continentur, quamvis illud quidem nō fuerit præsentibus & consciis Mompelgardenis Ministris conceptum & conscriptum, ita ut neque tanquam falsum, neque ut clam confertum & comparatum argui instrumentum illud posse videatur: non aliam certè ob causam, vt illi de quibus dixi bona conscientia testificantur, ab illo notario petitum, quam ne in Galliam reuersis offici possit quippiam ab ipsis admisum quod Gallicæ iuratae confessioni repugnaret: tantum abest ut Illustrissimi Principis auctoritat, cuius summa benevolentiam & humanitatem sunt experi, detrahere, vel eam Ecclesiam in qua sunt benignissimè recepti turbare vlo modo, vel cuiquam denique nocere studuerint. Sed de his agere pluribus, & istud factum vel arguere vel excusare inci non est instituti: Tantum hoc dico constare, sicut Ecclesia Mompelgardenis, dominante Illustris. Principe beatæ memorie Dominino Comite Georgio, fuit fidi illius servi Dei & omnium penè à Mombelgardeni ad Geneuensem usque editionem Ecclesiarum, parentis Gulielmi Farelli ministerio primùm plantata: deinde à beatæ quoque memorie viro Dn. Tussano piè & prudenter exculta: sic non aliam fuisse doctrinam illic annuntiatam & receptam, quam illam omnibus Helueticis & Sabaudicis Ecclesiis per omnia communem: donec caput tandem exerente Ubiquitatis monstrò, nouis confessionibus & liturgiis, non tantum allatis, sed etiam obtrusis, nullo certè cum fructu, sed cum maxima plurimarum Ecclesiarum perturbatione, & cum vicinatum antea coniunctissimarum Ecclesiarum offendiculo, Illustris. Principe Domino Comite Vvitembergensi Friderico adhuc puer, omnis Ecclesiarum illarum status magnopere fuit perturbatus, testatis sæpe ciuibus se se in vetera illa sua Confessione persistare & persisturos. Hinc illa fuit, cur exulantes illic Galli à communicatione Cœnæ resilierint. Altera vetus, Gallicæ consentanea, de qua demum cum Mompelgardenis Ministris ita se conuenisse Galli existimarunt, ut audio in illo instrumento contineri: quod alioqui ego ne vidi quidem viaquam

vnquam. Hinc autem appareat quæ sit iniuria Gallis ab Osiandro & aliis facta , quum & apud suos Tubingenses spargerent , & Argentoratum ac Vvitebergam vsque quam plurimos Gallos scribere auderent fuisse, à teterima scilicet illa Sacramentariorum hæresi ad Brentianam veritatem conuersos, idque in sacra synaxi Monsgardi testatos: quod tam sanè commentitium est quam tota ipsa Ubiquitas, & quicquid illius fundamento fulcitur, suo deinū, quum Dominus voleret , & peccata hominum patientur , tempore , vt & cæteræ eiusmodi, ruiturum.

F I N I S.

Errata sic reponito.

Pagina 20 linea 15.lege, possunt homines ad, p.21.l.27.dele, citata, p.22.l.20.leg.
superflitosos, p.24.l.20.leg. Andreas sese, p.25.l.37.leg.magni tempore, p.44.
l.23.leg.ablutio, pag.46.l.3.leg.fas esset, p.53.l.41.leg.igitur (etsi non quasi Sp.S.
fi. Baptismi pars) iphi assentior at non tamen in eo, pag.61.l.18.leg. & à facrorum.
Ibidem l.34.dele, per fidem apprehensi, p.62.l.24.leg.simul, nec ut species eius-
dem, & lin.35.lege,id est ad adultos qui, & lin.35.intelligi, p.63.l.7.Spiritus, p.64.
l.38.leg.paulo ante, p.66.l.9.lege Andreas obiecsem, & lin.vlt.naturæ, p.75.lin.
34.lege,habebat, p.79.l.38.leg.pag.464, p.80.l.27.leg.firmamentum? Etsi enim,
p.82.l.20.Soli Mariae Marthæ forori auferri, p.84.lin.4.& propositum de,lin.29.
dele,vnquam,& 30.leg.esse semper & prorsus irritum, lin.37.Ecclesiæ. p.88.l.39.
l.ipsum per quod ingressus erat,& à quo, p.101.l.28.l.illa fides nullo.& lin.38.dele
in mille, p.92.l.5.l.& an credat,lin.16.habitos hortamur,l.33.antecedit,lin.29.cur-
siculo laborare, p.95.l.25.alterum,vt ceteris iusto, p.104.lineis 18.& 19.sunt ver-
ba Bezzæ alii characteribus distinguenda,lin.25.l.traducendi. p.106.l.7.dele, eius,
p.113.l.24.l.& vim lin.26.aquam esse, p.114.l.11.ab his vocibus. Nos autem, vsque
ad, praefare possit, verba sunt Bezzæ alii characteribus distinguenda, pag.120.l.
20.dele ut p.111.l.20.l. Quod autem, p.123.l.29.l.exeruntur, p.133.l.40.l.negle-
ctionem lin.44.l.quæ nec, p.137.l.4.l.cexceptio : quorum adhuc. p.141.l.4.l.præ-
scribit, l.6.dele, sua forma, p.169.l.14.l.dere linquit, perituri dereli,&c.p.173.l.vlt.
dele mala, p.174.l.1.l.simulatio mala, p.194.l.13.l.aut cœpit, p.195.l.21.l.destina-
ti ministerij.l.22.hoc, p.198.l.2.l.deuenire, p.198.l.12.l.multi, p.206.l.3.l.sed sic
potius, p.207.l.3.l.deliberans, p.224.l.4.l.abusurum, p.233.l.7.l.prædestinantis,
p.238.l.24.l.76 pntov.

B744-11
179
cabinet. His collection is now in the hands of Mr. C. H. Smith,
of New York, who has made a large addition to it, and
now has one of the largest collections of American
birds in the world. The collection consists of over
10,000 specimens, and is well mounted and
preserved. It includes all the species of birds found
in North America, and is particularly valuable
for its completeness and accuracy.

2. N. I. 1.

Early life & habits

The bird is a small, slender, dark-colored bird, about 12 inches long, with a long, thin bill, and a short, dark tail. Its plumage is dark brown, with some lighter feathers on the wings and tail. It has a white patch on each wing, and a white patch on the tail. Its legs are long and slender, and its feet are strong and powerful. It has a strong, rapid flight, and is very active and agile. It feeds on insects, small birds, and other small animals. It is a gregarious bird, and is often seen in flocks. It breeds in the United States, Canada, and parts of Europe. It is a migratory bird, and is found in the United States during the summer months, and in Canada and Europe during the winter months. It is a very common bird, and is found in almost every part of the world. It is a very interesting bird, and is well worth studying.